APPENDIX VERGILIANA

SCRIPTORUM CLASSICORUM
BIBLIOTHECA OXONIENSIS

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
LONDINI ET NOVI EBORACI
APUD HENRICUM FROWDE

APPENDIX VERGILIANA

SIVE

CARMINA MINORA VERGILIO ADTRIBVTA

RECOGNOVIT
ET ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

R. ELLIS
LITTERARVM LATINARVM PROFESSOR PVBLICVS APVD OXONIENSES

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

OXONII
Excudebat Horatius Hart
Typographus academicus

PRAEFATIO

SERVIVS[1] in Prolegomenis ad Aeneidem, postquam Vergilio adsignauit epigramma in Ballistam latronem *Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus, Nocte die tutum carpe uiator iter*, haec addit: *scripsit etiam septem siue octo libros hos: Cirin Aetnam Culicem Priapea Catalepton Epigrammata Copam Diras.* Vbi quod dubitauit septem an octo libri essent non eum credo *Aetnam* respexisse, de qua, teste Donato siue potius Suetonio, ambigebatur num esset Vergilii; incertum potius habuerunt, ut Sabbadinio uisum est, Priapea, Catalepton, Epigrammata, siue, ut hic idem auctor est, Catalepton titulus communis fuit, Priapea Epigrammata tituli singulares; siue alio quo modo se res habuit, de quo non hic uacat disputare.

Altera pseudo-Vergilianorum carminum series habetur in Donati uita Vergilii (p. 58 Reifferscheidianae editionis Suetonii Reliquiarum) qui post distichon in Ballistam haec adicit opuscula: *deinde catalepton et priapea et epigrammata et diras, item cirim et culicem, cum esset annorum XVI, cuius materia talis est: pastor fatigatus aestu cum sub arbore condormisset et serpens ad illum proreperet e palude, culex prouolauit atque inter duo tempora aculeum fixit pastori. at ille continuo culicem attriuit et serpentem interemit ac sepulchrum culici statuit et distichon fecit.* Parue culex, pecudum custos tibi tale merenti Funeris officium uitae pro munere reddit. *Scripsit etiam de qua ambigitur Aetnam.* Ab hac serie abest *Copa*, at *Moretum* ab utraque; quae si

[1] Vide dissertationem Henrici Nettleship 'Ancient Lives of Vergil' Oxonii impressam anno 1879.

accesserint reliquis, totus numerus ad nouem consummabitur.

Culicem qui Vergilii haberetur fuisse in manibus Lucano patet ex Donati uita Lucani p. 50, Reiff. *Aetatem et initia sua cum Vergilio comparans ausus sit dicere Et quantum mihi restat ad Culicem*, et Statio S. II. 7. 74 *Ante annos Culicis Maroniani* et Praef. Silv. I, *sed et Culicem legimus et Batrachomyomachiam etiam agnoscimus nec quisquam est illustrium poetarum qui non aliquid operibus suis stilo remissiore praeluserit*, et Martiali VIII. 56. 19–20 *Protinus Italiam concepit et arma uirumque Qui modo uix Culicem fleuerat ore rudi*, XIV. 185 *Accipe facundi Culicem studiose Maronis, Ne nucibus positis arma uirumque legas*, et Nonio (211. 24) *Labrusca . . . neutro Vergilius in Culice* (53) *Densaque uirgultis auide labrusca petuntur.*

Catalepton siue ut Ausonius scribit pluraliter *Catalepta* non solum grammatici agnoscunt, uelut Marius Victorinus p. 137 K. *repetitum ter haud aliter quam ut aiunt fecisse Vergilium nostrum iambico epigrammate thalassio thalassio thalassio* (Catalept. XII. 9), sed Quintilianus (VIII. 3. 27) epigramma secundum integrum attulit omisso tamen u. 2: *multa alia etiam audentius inseri possunt, sed ita demum, si non appareat adfectatio, in quam mirifice Vergilius* 'Corinthiorum . . . miscuit fratri', et Ausonius idem epigramma in Grammaticomastige citauit sed ita mutatum ut ab editione Cataleptorum quae ad nos in Bruxellensi codice descendit longe discrepet nec cum ea ut concordet possit cogi. Plinius quo nomine dicturus fuerit *P. Vergilii uersiculos seueros parum* (Epist. V. 3. 2) si eorum expressius mentionem fecisset, incertum est: potuit Epigrammata, potuit Catalepton uel etiam Priapea appellare.

Cirin[1] legisse uidetur Seruius qui ad Ecl. VI. 3 (quem

[1] De hoc epyllio magnam nuper litem mouit Skutschius duobus libris *Aus Vergil's Früehzeit* (1901) et *Gallus und Vergil* (1906) ubi

locum monstrauit Naekius ad Diras p. 225, ita autem impressit Thilo ut ad pseudo-Seruium reuocaret) haec habet: *alii Scyllam eum scribere coepisse dicunt in quo libro Nisi et Minois, regis Cretensium, bellum describebat.*

Copae non solum u. 31 ad suos usus transtulit Nemesianus Ecl. IV. 46 *Hac age pampinea mecum requiesce sub umbra*, quae paene ad uerbum imitatio est, sed Charisius etiam p. 63 K. testatur eam Vergilium *Cupam* inscripsisse.

Dirarum u. 127 (*Lyd.* 24) imitatus uidetur Epigrammatista apud Buechelerum 1166.5, 6 *Doctior in terris nulla puella foret.*

Aetnam tamquam Vergilii Seruius legerat, qui ad Aen. III. 571 dicit: *et causa huius incendii secundum Aetnam Vergilii haec est; sunt terrae desudantes sulpur, ut paene totus tractus Campaniae ubi est Vesuuius et Gaurus montes, quod indicat aquarum odor calentium. item nouimus ex aquae motu uentum creari, esse etiam concauas terras.*

Praeterea *Moreti* u. 48 *Leuat opus palmisque suum dilatat in orbem* Mico[1] Leuita (A.D. 825–53) in opere prosodiaco quod ex codice saec. xi–xii edidit L. Traube (in Duemmleri Poet. Latin. aeui Carolini tom. III. p. 279 sqq.) et *Copae* 17 *Sunt et caseoli quos iuncea fiscina siccat* seruauit: *Aetnae* 319 *Pugnantis suffocat iter uelut unda profundo* extat in *Exemplis diuersorum auctorum*, quem libellum Miconis prosodiaco non dissimilem habent codices duo, Vat. Regin. 225 saec. ix/x et Paris. 4883 A, sed hic truncatum nec nisi uu. 170 primos amplexum[2] (Chatelain, Revue de Philologie VII. 65–77).

uersus *Ciri* communes cum Eclogis Georgicis Aeneide, quos plerique poetam de Vergilio mutuatum credunt, ipse Skutschius Vergilium ex *Ciri* sumpsisse contendit; scriptorem autem *Ciris* facit Cornelium Gallum, cuius amicitia perductus Vergilius ex eo plurima suis carminibus intulerit.

[1] Scripsi de Micone pp. 9–21 Tomi XXII Diarii Philol. Cantabrig. (Cambridge Journal of Philology, 1894).

[2] Ex his *Exemplis* elucet nomen *Catalepton* Epigrammatibus siue

Ceterum inter codices antiquissimos quibus haec opuscula continentur sunt qui alium et quasi peculiarem titulum prae se ferant. Velut omnium optimus Bembinus (Vat. 3252) saec. ix scriptus, initio *Culicis*, quod carmen praecedit ceteris, haec habet uncialibus litteris exarata, *Poetarum sapientissimi Publii Virgilii Maronis condiscipuli Octauiani Caesaris Augusti mundi imperatoris iuuenalis ludi libellus incipit.* Eademque Treuericus siue Augustanus Naekii (Dir. p. 358), Petauianus, quem ueterrimum codicem Heinsius uocat ad Ouid. Epist. XIX. 26, Parisinus 8069, Mediceus plut. xxxiii. 31.

Hunc titulum 'satis remotae antiquitati et quae facile aequet uel etiam superet Donati et Seruii aetatem' uindicauit Naekius (p. 223). Contra quem dubito semperque dubitaui num bonae uetustatis essent illa 'poetarum sapientissimi' 'mundi imperatoris' atque adeo nouissimum illud 'iuuenalis ludi', quamquam Diomedes, de epigrammate quodam amisso loquens quod Priapeo metro conscriptum est, dixit Inst. Gramm. p. 512 K. '*Priapeum quo Virgilius in praelusionibus suis usus fuit*', simul allato uersu 'Incidi patulum in specum procumbente Priapo' qui nec inter Priapea tria quae hodie Vergilii habentur nec in Cataleptis siue Epigrammatibus legitur. Quid? nonne eadem opera antiqua censebuntur uerba illa Bembini (Vat. 3252) quae post Moretum scripta sunt *Septem ioca iuuenalia Virgilii finiunt*, uel Parisini 8074 et ipsa post Moretum *expliciunt parui libri Virgiliani?*

Ex Seruiano catalogo opusculorum tria sunt quae cum ceteris *Aetna Culice Copa Diris* coniuncta non inueniuntur

poematiis uarii generis inditum esse; nam CATL CATAL CAT recte sic Chatelainius interpretatus uidetur. Adhaesit autem id his uersibus 116, 117, 199, 202, 203, 204, 216. Ex quibus 116 *Aetnae* est, 117 Lucani, 199 Anthol. Lat. 448 (Riese), 202 Martialis, 203 Martialis, 204 Martialis, 216 ignoti. Lucani 117 fuisse, ac tamen CATL adscriptum habuisse, per errorem, credo, factum est; *Aetnae* uersus ex codice fortasse uenit ubi cum Cataleptis Vergilianis coniuncta *Aetna* fuerat.

nisi in recentissimis MSS. Ea sunt *Ciris Priapea*[1] *Catalepton*, quae nec in Bembino nec in eius apographo (sic enim potest haberi) Bodl. Auct. F. 1. 17 nec in Parisinis TEP (8069, 8093, 7927) nec in fragmento Stabulensi (Paris. 17177) nec in Mellicensi[2] codice locum habent. At *Moretum*, quamuis ab utroque catalogo opusculorum et Seruiano et Donatiano absit, cum *Aetna Culice Copa Diris* non raro coniungitur: quod idem cadit, et quidem saepissime, in illa *Est et Non Vir Bonus Rosae*, haec enim nescio quo tempore in priorem syllogen adsumpta et tamquam Vergilii lectitata sunt.

Habemus[3] igitur, ut nunc est, duplicem syllogen pseudo-Vergilianam, quarum in priore coniunguntur *Culex Copa Dirae*, nonnumquam *Aetna* et *Moretum*, plerumque *Est et Non Vir Bonus Rosae*; in altera *Ciris Priapea Catalepton* uel, ut per codices tradita sequar, *Ciris Catalepton*[4].

Harum duarum syllogarum diuersissima sors, ualde inaequalis fuit condicio. Prior enim, cuius optimum Bembinus (Vat. 3252) specimen habetur, in multis eisdemque ueterrimis codicibus conseruata ad nos peruenit: uti ex codicum siglis quae unicuique poematum adposui apparebit. At *Ciris Catalepton* ex uno tantum pendent codice qui quidem bonus sincerusque sit, Bruxellensi 10675, et ne in hoc quidem *Ciris* nisi uu. 454–541 extant, unde factum est ut

[1] Si modo tria illa carmina ad Priapum quae ad nos peruenerunt praefixa Cataleptis aut eadem sunt aut inter ea quae Seruio ac Donato Priapeorum nomine innotuerant.

[2] Codex est monasterii Mellicensis (*Mölk*) iuxta Vindobonam (Vienna) collatus a Carolo Schenkl, a quo saeculi xi existimatus est.

[3] At in quodam codice monasterii Murbacensis simul scripta est tota series *Dirae Ciris Culex Catalepton Aetna Priapea Copa Moretum* cum *Maecenate*; hunc enim ordinem tradit Catalogus Murbacensis saec. ix–x apud Matter, *Lettres et pièces rares* p. 40 (Manitius, *Philologisches aus alten Bibliothekskatalogen* p. 39).

[4] Bembinus hunc ordinem habet: *Culex Dirae Copa Est et Non Vir Bonus Rosae Moretum*, qui idem in Bodl. Auct. F. 1. 17 seruatus est.

longe maxima pars huius epyllii corrupta ut ex corruptis codicibus ducta repraesentetur. Id damnum quam graue sit ex *Cataleptis* manifestum fit: quae uitiata quidem non paucis locis praebet Bruxellensis, at multo uitiosiora ceteri codices Arundelianus 133, Rehdigeranus 1. 6. 17, Monacensis 18895, Mediolanensis O. 74 sup. Vna tantum res est in qua Bruxellensem hi ampliant; nam post Catal. XIII. 16, seruarunt epigramma quod abest a Bruxellensi *Callide mage sub hec caeli est iniuria saecli Antiquis hospes non minor ingeniis Et quo Roma uiro doctis certaret Athenis Ferrea sed nulli uincere fata datur*, sed hoc tam foede deprauatum ut prorsus lateat is hospes qui cum Athenis ingenio certaturus fuerit. Qui quamquam in hoc praestant Bruxellensi, neque a tempore quo scripti sunt neque a condicione carminum cum *B* sunt ullo modo comparandi; nam Bruxellensis ad saeculum xii redit, ceteri ad xv: Bruxellensis raro (nisi excipias XIII) tam corruptus ad nos descendit ut non possit sagacioribus uiam aperire interpretandi. Contra Arundelianus et eius consortes Rehdigeranus Monacensis Mediolanensis discerptione et distractione uerborum ita deformantur, adeo scatent omni genere errorum ut plerumque merito pro nihilo habendi, ne dicam prorsus abiciendi uideantur. Hoc non solum autumant qui eos ante me excusserunt uelut Ribbeckius Baehrensiusque, sed ipse pro me confirmo perlecto bis terue Bruxellensi, in hoc uno acquieuisse, in istis nihil inuenisse praeter paucissima quod cum ullo fructu desumi posset.

Sed ad priorem syllogen ut redeam, longe aliter se res habet. Ne *Aetnam* quidem excipio, quamquam in duobus tantum MSS, Cantabrigiensi (C) et fragmento Parisino quod Stabulense (S) dicitur, huius sylloges particeps est: nam Cantabrigiensis *Culicem* et *Aetnam*, Stabulensis praeter *Aetnam* habuit olim *Culicem Diras Moretum Copam Rosas Est et Non Virum Bonum*. Sed in *Aetna* ea materia carminis

fuit quae et cum primum legeretur interpretantes falleret daretque ansam uerba deprauandi, et postquam ruente re Romana grassante barbarie difficilia quaeque minus intellegerentur, paulatim labem traheret uniuersa, proderetque singulis saeculis corruptiorem. Sed tamen ex duobus illis *C* et *S*, si cum recentiore stirpe codicum conferantur, apparebit quantum distent ab integris interpolati, quid sequens quid uitans *Aetnae* editor ad lucem ueritatemque peruenturus sit. Sed de hac re fusius dixi in editione mea anni 1901.

Moretum, quod sicut *Aetna* interdum prioris sylloges partem facit, interdum seorsum exaratum legitur, duos quidem uersus 36 *Continuis rimis calcanea scissa rigebant*, 75 *Hic etiam nocuum capiti gelidumque papauer* admisit a scriptore carminis alienos: sed hi ambo absunt ab antiquissimis MSS, ut pro interpolatis merito habeantur; cetera in carmine aut manca, uelut 77, aut leuiter corrupta, uelut 13 (quem optime correxit Buechelerus), 15 de quo adhuc ambigitur, 66, 80, aut difficilia tantum et incertae explicationis sunt. Nam in uniuersum habemus integrum poema sincerumque et quale a suo scriptore relictum est: nec me nihil credo ad hoc emendandum profuisse codices aut nouos proferendo aut parum notos denuo excutiendo.

Copa post Silligii Ribbeckiique curas qui sinceros codices primi exhibuerunt pauca tantum habet quae scrupulum moueant: 5 *topia et kalibes*, 25 *calibita* al. *alibida*, 28 *uere*, 29 *nunc*, 36 *ista*.

Culicis media est condicio, nec multas interpolationes passi et multis tamen uitiis laborantis, praecipue in prooemio (1–41) et uu. 260–380, quibus uix ulla pars horum opusculorum interpretes magis detinuit exercuitque. Vni tamen loco Ribbeckius certam medelam attulit cum u. 334 pro corrupta lectione codicum *gener amplis* corrigeret *generamen prolis*; alteri nos ipsi opitulati sumus cum Romae commorantes ac nescio qua fortuna usi ex Corsiniano

codice uersui conclamato 366 *Legitime cessit cui facta potentia regis* lucem adfudimus restituto quod uerum omnes fatentur *Cui cessit lidithime facta p. r.* h. e. *Cui cessit Lydi timefacta p. r.* Id cum huius modi sit ut nitorem suum uersiculo reddiderit, perpendendae erunt ceterae quoque quae in eo codice sunt a plerisque codicibus diuersae lectiones: quas omnes in editione sua secunda Ribbeckius, nunc in hac nostra ipse denuo exhibui. Vide disputationem meam in Diario Philologico Cantabrigiensi anni 1887 et quae postea in Recensione Classica anni 1892 scripsi.

At in *Diris* crudeliter saeuiit iniuria temporum, adeo ut uix *Aetnae* ipsius peius deformata sit facies. Sane habemus textum *Dirarum* ut uetustiorem alterum, ita alterum recentiorem: priorem longe plurima pars codicum, alterum Vat. 3269 repraesentat. Sed ex hoc altero recentiore uix quidquam indages quod uerum existimandum sit; neque unde profluxerit, a quo descriptus is codex fuerit, nouimus; nam quod credideram[1] ab Enoc Asculano et in Danis, id nunc uideo incertissimum esse, cum subscriptio illa quae post elegiam de *Maecenate* in Vat. 3269 seruata est, *Finit elegia inuenta ab henoc in dacia*, ad *Maecenatem*, non ad *Diras* pertineat, et *dacia* ad Hungariam[2] potius, non ut ratus est Tycho Mommsen (Mus. Rhen. VI. 628) ad Danos (Denmark) referri possit. Itaque et lacuna illa quae est ante u. 34 *Nequiquam, nostris potius deuota libellis* uniuersos codices inuasit, et inter Dir. 103 et 104 qui uersus initium facit noui poematis, *Lydiae* merito a Fr. Iacobs adsignati, uestigium interstitii nullum praebent MSS: uerum etiam in toto carmine, ac praecipue in 104–183 (*Lydia*), adeo uitiosa

[1] American Journal of Philology VIII. p. 408.

[2] Sic Henricus VIII rex Anglorum in exemplari *Assertionis ⁊ sacramentorum aduersus M. Lutherum* quod Ludouico II Hungariae regi donauit titulum sua manu adscripsit *regi Daciae* (Monograph of the Rylands Library, 1906, p. 34).

non paucorum uersuum est condicio ut a nemine adhuc, ne a Naekio quidem longe omnium eruditissimo, plenam explicationem acceperint, uelut 42 *non iterum dicens erebo tua lidia dixti*, 66 *nil est quod perdam ulterius merita omnia ditis*, 93 *et prima nouissima nobis*, 116 *uenerem stipendia flores*, 143 *inque uicem phoebi currens atque aureus orbis*, 146–148 *Phoebe gerens in te—secum sua gaudia gestat* quae incredibili modo corrupta sunt, 151 *Condicio similisque foret mortalibus illis*, 159 *Inmatura meae quoque nece soluere fa(c)ta*, 171 *grandia formoso supponens gaudia collo*, 182 *tanta uite meae cordis fecere rapinam*. Quae, ut omittam alia, satis per se indicant altius et in profundo uitiatas has *Diras* iam eo tempore fuisse quo, circa A. D. 800 renascente sub Carolo Magno studio Romanarum litterarum, in manus doctorum reuenerunt. De aetate *Dirarum* non hic est locus disputandi: necdum tamen mihi persuasi non esse a Valerio Catone scriptas ac uetustioris quam nunc perhibentur saeculi.

Restant tria poemata *Est et Non Vir Bonus Maecenas*. His potuit adici *Rosetum* siue ut in aliis codicibus est *Rosae*: hoc enim fere semper duobus illis *Est et Non* et *Viro Bono* adhaesit in MSS et Vergilio adtributum est. Id tamen omisi ut recentius et a Vergilii aeuo alienum, praesertim si uerba ac dictiones perpendas, quales a Naekio obiciuntur, e.g. *uegetare, anticipare*. Quid quod Ausonianum ut dicitur in nonnullis MSS (Schenkl Auson. p. 243) sic Ausonii uere poterat esse, nisi celsius aliquid, ne dicam sublimius, spiraret Ausonio.

Quod illa *Est et Non Vir Bonus* inter pseudo-Vergiliana nostra locum habent, nolui legentes fraudare insolito commodo quod et in Bembino extant, et alterius *Est et Non* codex omnium ut uidetur integerrimus, Basilicanus H. 36, propter difficultatem bibliothecam adeundi, rarius nec nisi ab uno alteroque inspectus est. Dico Basilicanum S. Petri in urbe Roma; sed et admirandae uetustatis

sunt Montepessulanus 212 et Parisinus 13026, quorum in utroque *Est et Non* seorsum nec cum *Viro Bono* coniunctum extat. Nimirum lectitabatur saepius et a multis *Est et Non*; fortasse propter S. Pauli uerba 2 Cor. i. 19 *Iesus Christus non fuit Est et Non sed Est in illo fuit.* Ego ex his tribus et Bembino textum poematii curatius edidi quam a quoquam ante me factum est: cuius rei fecit me compotem benignitas Fr. Ehrle, Soc. Ies., qui meo rogatu totum poema exscripsit ut in H. 36 Bibliothecae Basilicanae exaratum est: sed et uiro clarissimo, Bonneto, acceptum refero plenius apographon Montepessulani.

Quod ultimum est, *Maecenatis* Elegia, ad hoc quoque noua subsidia non defuerunt, Paris. 16236 uu. 1–43, et Mellicensis uu. 1-25 continens; tum praeter Arundel. 133, Vaticanum 3269,[1] Phillippicum 7283, etiam Bodleianus Auct. F. 4. 28, qui olim 'Petri Seruii medici' Romani fuit: de quo disseruit F. Madan in Catalogo codicum Occidentalium n. 8863. Quo in edendo carmine multum me iuuit Alexandri Riesii nostri noua recensio quam in Anthol. Lat. II. 760 publicauit. Ea elegia seriem Pseudo-Vergilianam claudit in Catalogo Murbacensis Coenobii saec. ix–x apud Manitium Mus. Rhen. XLVII.

Liceat nobis libros subiungere ubi de his opusculis disputauimus: de *Culice* in Diarii Philologici Americani tom. III, VIII, XXVI; de *Ciri* tom. VIII, XV, XVI, XXVI; de *Copa* et *Cataleptis* tom. VIII; de *Diris* et *Lydia* tom. VIII, X, XI, XX; de *Maecenate* tom. VIII, IX. Praeterea de *Diris* scripsi in Diario Philologico Cantabrigiensi tom. VIII; de *Culicis* Corsiniano codice eiusdem Diarii tom. XVI et Recensionis Classicae tom. VI. His accedat in eiusdem Recensionis tom. X. 177–183 (1896) disputatio

[1] Huic compar est Leidensis Voss. Lat. O. 96 ubi post *Maecenatem* eadem subscriptio est (Bährens P. L. M. I. p. 125, Sabbadini *Scoperti dei Codici Latini e Greci ne' Secoli* xiv *e* xv, p. 142).

nostra de loco ubi *Culicis* historia acta fingitur 'A theory of the *Culex*' et praelectio anno 1906 Oxonii habita ubi de Digbiano codice 100, de *Est et Non Viro Bono Rosis*, de *Copae* et *Moreti* quibusdam locis egimus.

Inter doctos qui me in his edendis adiuuerunt praecipuas grates debeo Fr. Ehrle, Bibliothecario Vaticano, H. Omont Parisiensi, G. F. Warner, custodi codicum Musei Britannici, F. Madan, R. L. Poole, H. de la Garde Grissell, Oxoniensibus, quorum carens auxilio multa siue propter absentiam siue legendi difficultatem in dubio relicturus fueram.

Oxonii
Mense Martio MCMVII.

SIGLA CODICVM

B }	= Bembinus Vat. 3252	saec. ix
F }	= Bodl. Auct. F. 1. 17	xiv
E	= Paris. 8093 } Π consensus horum trium	x
P	= Paris. 7927 }	
T	= Paris. 8069 }	
Ω	= consensus codicum *BF* Π qui archetypon fidelissime tradiderunt, ut interpolationis nulla subsit suspicio	
M	= Mellicensis	x–xi
S	= fragmentum Stabulense, Paris. 17177	xi
Cant.	= Cantabrigiensis Kk. v. 34	x
Cors.	= Corsinianus 43 F 5 (olim 64)	xiv
V	= Vaticanus 2759	xiii
Vatic.	1586	xiv–xv
Voss.	= Vossianus Lat. Oct. 81	xv
Mediol.	= Ambrosianus O 74 sup.	xv
b	= Mus. Brit. Add. 16562	scriptus anno 1400
G }	= fragm. Paris. 8207 uu. 1–94 continens	xiii
Γ }	= eiusdem alterum apographon Mus. Brit. Harl. 2534	xiii

Lvsimvs, Octaui, gracili modulante Thalia,
atque ut araneoli tenuem formauimus orsum.
lusimus: haec propter Culicis sint carmina dicta,
omnis ut historiae per ludum consonet ordo
notitiae, doctumque uoces, licet inuidus adsit.
quisquis erit culpare iocos Musamque paratus,
pondere uel culicis leuior famaque feretur.
posterius grauiore sono tibi Musa loquetur
nostra, dabunt cum securos mihi tempora fructus,
ut tibi digna tuo poliantur carmina sensu.
  Latonae magnique Iouis decus, aurea proles,
Phoebus erit nostri princeps et carminis auctor
et recanente lyra fautor, siue educat illum
Arna Chimaereo Xanthi perfusa liquore,

cvlex pvblii virgilii maronis incipit *Cant. B* incipit cvlix pvblii virḡ mar̃. *M*

1 camena Γ 2 usum (or) *V*: ursum *BEMT Cant.* 3 culici *M* sunt *Cant.* docta *BEMPT Cors. Cant.*: dicta *Vossianus cum V et Vat.* 1586 4 ut *Mediol.*: et Ω proludens consonat *G*Γ 5 notit(c)ieque (noticie (que) Γ) ducum uoces *codd. praeter Mediol. et Vat.* 1586 *quorum hic* notitiaeque ductum uoces *ille* noticiaeque ducumque uoces *habet*: notitiae, ducam uoces *Sillig* 6 eris *Cors.* 7 feratur *Scaliger, Heinsius*: *num* feraris? 9 maturos *Heinsius* mentempiam *T*: *an* mea tempora? 10 dignato Ω: digna tuo *Bembus* poliantur ΠΓ*G Cors.*: spoliantur *BMV Cant.* uersu *G*Γ 11 prolis *Cors.* 12 actor *VG* 13 recanente Π *Cant.*: recinente *BMG*Γ *Cors.* 14 alma Ω: Arna *Haupt*: Acta *Sillig* cireneo *G*: cythareo Γ

seu decus Asteriae, seu qua Parnasia rupes
hinc atque hinc patula praepandit cornua fronte,
Castaliaeque sonans liquido pede labitur unda.
quare Pierii laticis decus, ite, sorores
Naides, et celebrate deum plaudente chorea.
et tu sancta Pales, ad quam uentura recurrit
agrestum †bona secura sit cura tenentis†
aerios nemorum cultus siluasque uirentis:
te cultrice uagus saltus feror inter et antra.
  Et tu cui meritis oritur fiducia chartis,
Octaui uenerande, meis adlabere coeptis,
sancte puer, tibi namque canit non pagina bellum
triste Iouis ponitque . . . .
Phlegra, Giganteo sparsa est quae sanguine tellus,
nec Centaureos Lapithas compellit in ensis,
urit Erichthonias Oriens non ignibus arces,
non perfossus Athos nec magno uincula ponto

15 asteriae *M* : asterie *Cors.* : astrigeri *B*Π : astrigerum Γ : astriferum *G*   16 prependit *suprascr.* ł pretendit Γ : pretendent *G*   17 sonas liquida *Cors.* : liqo *M*   19 plaudente *Bembus* : laudente *Cant.* : ludente Ω   20 quod tu *G*   ad quam (quem *Cant.*) uentura recurrit Ω : uotiua *Heinsius* : gens dura *Sillig*   21 agrestum bona secura (fetura *V Cors.*) sit cura tenentes (tenentis *BM Cors. Cant.*) Ω *Longe aliter duo codices G*Γ, *quorum habet* agrestum bona sors cura secura tenensque *G* : agrestum bona sit (sors *suprascr.*) secura sit (que *suprascr.*) cura tenentem Γ, *unde conieceram* agrestum bona sors securaque lucra, tenesque : agrestum fetura *Heinsius* : agrestum bona gens secure rura tenentum *Haupt* : bona turba recurrit agrestum secura sibi sua rura tenentes *Ribbeck*[1] : bona turba r. ag. uoti secura, tuere tenentem *Baehrens*   23 cultrice Ω, *cf. Stat. Theb.* IV. 425 'nemori Latonia cultrix additur' : tutrice *Scaliger*   astra Ω : antra *Heyne*   24 canis *G*Γ : castis *Cant.* : *num* castris ?   25 allabere *G*Γ   27 *post* ponitque *codices addunt* canit non pagina bellum, *ex* 26 *per errorem repetita*, ⟨acies quibus horruit olim⟩ *suppleuit Buecheler*   *uersum om. VG*   ponitque Ω : Rhoecique *uel* Coeique *Taubmann* : Rhoetique *Gronouius* : Cottique *Oudendorp* : Phorcique *Sillig* : Pontique *ego olim*   28 est *om. Cant.*   que Π*BM* : quo *G*Γ : quom *Sillig*   30 urat *B* : uertit *G*Γ   erechthonias *B* : erecthonias Π

iacta meo quaerent iam sera uolumine famam,
non Hellespontus pedibus pulsatus equorum,
Graecia cum timuit uenientis undique Persas,
mollia sed tenui decurrere carmina uersu
uiribus acta suis Phoebo duce ludere gaudent.
haec tibi, sancte puer, memorabimus, haec tibi restet
gloria perpetuum lucens mansura per aeuum.
et tibi sede pia maneat locus, et tibi sospes
debita felicis memoretur uita per annos,
grata, bonis lucens. sed nos ad coepta feramur.
Igneus aetherias iam Sol penetrarat in arces
candidaque aurato quatiebat lumina curru,
crinibus et roseis tenebras Aurora fugarat:
propulit e stabulis ad pabula laeta capellas
pastor, et excelsi montis iuga summa petiuit,
florida qua patulos uelabant gramina collis.
iam siluis dumisque uagae, iam uallibus abdunt
corpora, iamque omni celeres e parte uagantes

32 iacta *Mediol.*: lecta *G*Γ : laeta *BM*Π *Cant.*: leta *V Cors.* iam sera *codd. praeter G*: per tanta *G*, *fort.* lecta m. q. portanda u. f. uolumina Ω 34 contenuit *G*: ꝯtinuit (*suprascr.* cum) Γ uenientis *BT Cors.*: uenientes *MG*Γ : uehementis *Cant.* 35 decurrere *Heinsius*: pede currere (curre *M*) carmina *BMPT Cors. Cant.*: pede carmina currere *VG*Γ uersum *T quod genetiuus poterat esse* molli sed tenuis decurrens carmine uersus *Haupt* 36 acta *G*: apta *cett.* gaudent *G*: gaudet *cett. cum* Γ 37 hec *G*Γ : hoc *BMPT Cant.* memorabilis *BMPT Cant.*: memorabili *Cors.*: memorabitur *G*Γ *Scaliger*: memorabimus *scripsi* haec *scripsi*: et Ω restet *scripsi*: certet *codd. nisi quod M habet* certit, *Cant.* cernet: certa est *Bothe*: crescet *Sillig* hoc tibi, sancte puer, memorabile (*sic etiam Foerster*); sit tibi certe gloria *Buecheler* 40 felicis *BFMT Cant.*: felices Γ remoretur *Baehrens* 42 ignibus *G*Γ ethneas *G*: oeteas *Scaliger* penetrat B^1, ra *manus recentior suprascripsit*: penetrabat *Leo* 44 fugabat *Cors.* 45 protulit GM^1 pabula *ex* patula *M* laeta] nota *Cant.* 47 florida *Fr. Iacobs*: lurida Ω *quod retinebat Naeke Dir. p.* 43 *tamquam in monte excelso et in summis iugis non soleant admodum laete uirescere gramina, et sic Buecheler*: humida *G*Γ : lubrica *adnotator Aldinae* 1517 (*Vat. Ottob.* 2894): rorida *Haupt* patulas *Cors.* 49 celera se p. *M* uagantes] *num* meantes?

tondebant tenero uiridantia gramina morsu.
scrupea desertis haerebant ad caua ripis,
pendula proiectis carpuntur et arbuta ramis,
densaque uirgultis auide labrusca petuntur.
haec suspensa rapit carpente cacumina morsu,
uel salicis lentae uel quae noua nascitur alnus;
haec teneras fruticum sentis rimatur, at illa
imminet in riui prostantis imaginis umbram.
O bona pastoris, si quis non pauperis usum
mente prius docta fastidiat et probet illi
somnia luxuriae spretis incognita curis,
quae lacerant auidas †inimico pectore† mentes.
si non Assyrio feruent bis lauta colore
Attalicis opibus data uellera, si nitor auri
sub laqueare domus animum non angit auarum,
picturaeque decus, lapidum nec fulgor in ulla

53 *Nonius* 211 'Labrusca neutro. Virgilius in Culice Densaque uirgultis auide labrusca petuntur.'

scrupea ? lapidea

50, 51 *transponebat Bembus* 50 tenera *M* 51 ruppea *G* desertis *GΓV* : desertas *BMΠ Cors. Cant.* herebant *BMΠ Cors. Cant.* : errabant *GΓV* ripis Γ *et ex* ruppis *G* : rupis *V* : rupes *BMΠ Cors. Cant.* desertae perrepunt ad caua rupis *Bembus* : surrepunt *Ribbeck* : perreptant *Baehrens* : *an* reptabant? *Lucr.* II. 317 'nam saepe in colli tondentes pabula laeta lanigerae reptant pecudes' *quem locum attulit Taubmann* 52 raris *marg.* ramis *Cors.* 54 cauimina *B corr.* 55 uel s. *GM* : hec s. *BΠ* qua *V Cors.* nascitur *uel* pascitur *T* alni *G* 56 miratur *GΓ* 57 intuici *Cors. unde Ribb.* intuitu : in rui *M* prestantis (-es M) *codd. praeter Cors.* : perstantis *Cors.* marginis *G* : imaginis (marginis *suprascr.*) Γ undam Ω : unda *GΓ* : *scripsi* in riui prostantis imaginis umbram *ut duplex genetiuus penderet ex uocabulo* umbram 59 mente secus d. *Stadtmueller* illis 60 omnia *BVΠM Cors. quod tuiti sunt Vahlen et Leo* : illi omnia Γ : illi somnia *correxeram in ed. Catulli anni* 1867 : illis somnia *ante me Haupt* 60 spretis *V*: pret(c Π)iis *B Cant.* Π : pretus *M* : praetus *Cors.* : prauis *Esc.* 61 pectine *Wakefield* : *num* nimia cuppedine? *Lucr.* III. 994 'aut alia quauis scindunt cuppedine curae' 62 feruent *scripsi* : fuerint *codd. praeter GΓ* : fiunt *GΓ* lota *Cors.* : lauta (lota *suprascr.*) *Cant.* 64 domus *TG* : domos *BEMPV Cors. Cant.* tangit *GΓ Bembus* : anget *Buecheler* 65 ulna *Cors.* : *num* ulnae? illa *G* : illa (u *suprascr.*) *Esc.*

cognitus utilitate manet, nec pocula Gratum
Alconis referunt †Boethique toreuma, nec Indi
conchea baca maris pretio est; at pectore puro
saepe super tenero prosternit gramine corpus,
florida cum tellus gemmantis picta per herbas
uere notat dubiis distincta coloribus arua.
atque illum, calamo laetum recanente palustri,
otiaque inuidiae degentem fraude remota,
pollentemque sibi, uiridi cum palmite lucens
Tmolia pampineo subter coma uelat amictu.
illi sunt gratae rorantes lacte capellae,
et nemus et fecunda Pales et uallibus intus
semper opaca nouis manantia fontibus antra.
Quis magis optato queat esse beatior aeuo,
quam qui mente procul pura sensuque probando
non auidas agnouit opes nec tristia bella,
nec funesta timet ualidae certamina classis,
non, spoliis dum sancta deum fulgentibus ornet
templa, nec euectus finem transcendat habendi,

70, 71 *Engelmodi* 3. 97, 98 (Traube) Florida cum tellus pubentes parturit herbas Vere nouo pingens distincta coloribus arua.

66 gratum *codd.* : Graium *Heinsius* : manum nec pocula Graiam *Ribbeck* 67 Alconi *Cors.* referent *V Cors. Cant. Esc.* boetique Π*V Cors. Cant.* : bohetique *M* : coetique *B* : Rhoecique *Lachmann* 68 a^{t} *V*Γ : a *BM*Π *Cors. Cant.* 70 cum] tunc *V* gemmantis (e *suprascr.*) *V* 71 nouo *V* : *num* nouat? dubiis *V quod cum Naekio Dir. p.* 50 *retinui* : duris *G*Γ : dulcis *cett.* : dulci *Bembus uulg.* coloribus] ligonibus *G*Γ 72 illum] illa *M* recanente *M* (r *in rasura*) *BF*Π *Cant.* : recinente *Cors. Esc.* plaustri *T* 73 inuidie *V* : in rure Γ : inuidia *cett.* degendo *G*Γ : *fort.* ducentem et *ante* fraude *add. G* 74 litteus *Esc.* : *num* liuens? 75 tmolia *EM Cors.* : thmolia *TV* : molia *P* panpineo subtus *V* 76–151 *desunt in M* 77 palus (e *suprascr.*) *V* : palles *Cant.* imis *Bembus* 78 nobis *Cors.* 79 Qui *G* 80 lucro pura *Maehly* : procul praua *Ribbeck* 81 agnoscit *V*Γ : cognoscit *G* : adposcit *Baehrens* 83 non] nec *Esc.* sancta deum] scadeum *marg.* puto se adeo *Cors.* : ornat V^1*G*Γ 84 nec *codd.* : uel *Bembus* euentus *F Cant. G*Γ *Esc.* transcendat *V* : transcendit Π

aduersum saeuis ultro caput hostibus offert?
illi falce deus colitur non arte politus,
ille colit lucos, illi Panchaia tura
floribus agrestes herbae uariantibus addunt,
illi dulcis adest requies et pura uoluptas
libera, simplicibus curis; huc imminet, omnis
derigit huc sensus, haec cura est subdita cordi,
quolibet in requiem uictu ut contentus abundet,
iucundoque liget languentia corpora somno.
o pecudes, o Panes, et o gratissima tempe
fontis Hamadryadum, quarum non diuite cultu
aemulus Ascraeo pastori quisque poeta
securam placido traducit pectore uitam.

Talibus in studiis baculo dum nixus apricas
pastor agit curas et dum non arte canora
compacta solidum modulatur harundine carmen,
tendit ineuectus radios Hyperionis ardor,
lucidaque aetherio ponit discrimina mundo,
qua iacit Oceanum flammas in utrumque rapacis.
et iam compellente uagae pastore capellae

86 alte *ET et* B^1 87 panchasia *V*Γ : pancheia *Cors.* rura *Cors.* 88 herbe *VG*Γ : herbis *B*Π *Cant.* : herbas *Cors.* addunt *Cors.* : adsunt *uel* assunt Ω *quo seruato scripserim* floribus agrestis herbas uariantibus adsunt 90 *num* duplicibus? huic $E^1 T^1$ *Cors.* omnis *BVET Cors.* 91 Derigit (i *suprascr.*) *Cors.* : Dirigit Ω 92 in requiem uictu ut *scripsi* : ut requiem uictus Ω *et Cors. sed hic* uictu requie *V*: requie et *Esc.* habundet *V Cors. Cant.* 93 liget *VG*Γ : licet Π *Cors. Cant.* : locet *corr. B, quid* B^1 *habuerit non iam legi potest* : leuet *Esc.*: *num* riget? 95 frondis *Heinsius* : frigus *Housman* amadriadum *B et plerique* culte (u *suprascr.*) *B* : culte Π 96 pastori quisque *V* : pastor sibi quisque Ω poeta Ω : poetae *uulg.* 97 traducit *V Esc. cum Vat.* 1586: traducis Ω 98-103 *post* 57 *transponebat Ribbeck* 98, 99 *inuersos habet V* 98 Talibus] Dulcibus *Esc.* 99 nondum non *Cors.* : *fort.* dum nondum *h. e. arte nondum satis composita ut canorum aliquid efficeret* 100 solidum *BVPT Cors. Cant. Esc.* : solium *b* : solitum *uulg.* 101 *fort.* in erectum 103 qua *BVPT Cors.* : qua al. cum *Mediol.* : cum *E* Iacit *E* : iacet *Cors.* Oceanum *Vb* : Oce(occe *Cors.*)anus *BE Cors.*

ima susurrantis repetebant ad uada lymphae,
quae subter uiridem residebant caerula muscum.
iam medias operum partis euectus erat sol,
cum densas pastor pecudes cogebat in umbras.
ut procul aspexit luco residere uirenti
Delia diua, tuo, quo quondam uicta furore
uenit Nyctelium fugiens Cadmeis Agaue,
infandas scelerata manus et caede cruenta—
quae gelidis bacchata iugis requieuit in antro
posterius poenam nati de morte †futuram.
hic etiam uiridi ludentes Panes in herba
et Satyri Dryadesque chorus egere puellae
Naiadum in coetu. non tantum Oeagrius Hebrum
restantem tenuit ripis siluasque canendo,

105 repetebant (*cf. Gratt. Cyneg.* 245 'repetens prima ad uestigia') *codd.* (*etiam* V^1) *praeter Cant.* : repedabant *Cant. et sic Barthius* : repebant *Scaliger* : reptabant *Heinsius* 107 emensus *Schrader* 108 condensas *V* 109 ut procul aspexit Ω : nec procul ipse exin *Menozzi* *Apodosin credo non ante* 158 *redire* cliuo *P* 111 nyctelium *PT* : /etelium *ex* B^1 *superesse uidi* cathineis *P* : chatineis *T* 112 Infanda *B* ec *Ribbeck* 114 poena *P* nati se Π*V* : natise *B* : natis ae *Cors.* : natis est (te) *Cant.* futuram *BF*Π : futurum *Cors.* : futurum (ba. d) *V* : *litteras suprascriptas aut eiusdem manus aut certe non posterioris censet Ehrle* : poenam *credo pendere ex* requieuit *ut Cir.* 233, *Calui fragm.* 17 *Lachm.* *Agaue Bacchum fugiens cuius instinctu Pentheum filium interfecerat ex iugis Cithaeronis deuenit in antrum, ibique latens requiem siue pausam fecit uenturo supplicio ob occisum natum. Vulgo scribunt ex Aldin.* nati de morte datura. posterius poenam uatum est memorare futuram *Unger* 115 panis (e *suprascr.*) in herbas *V* : herba/ *B* 116 dryadesque] quaecumque *P* chorus (corus *P*) *BEP* : chorus (o *suprascr.*) *Cors.* : choros *Cant.* *Retinui* chorus (χορούς), *simile Graecis illis apud Varronem* lymphon chorean astricen Ludon Pontices Ponticon 117 in *post* Naiadum *addidit Wakefield* coctum *Cors.* tantum non horridus *F*Π *Cors.* : tantum non horpheus *V et corr. B, nam* B^1 *quid habuerit non potui dispicere* : non tantum Oeagrius *Heinsius* *fort.* Orphicus *uel* Noricus. *Mel.* II. 2. 16 'Thracia a Pontici lateris fronte usque in Illyrios penitus immissa qua latera agit Histro pelagoque contingitur.' *Noricus Orpheus dici poterat tamquam Paeonius sive Thraex* (*Dion C.* XLIX. 36) 118 ripis *B Cors.* : riuis *VPT* siluisque *Cors.*

quantum te pernice morantur, diua, choreae
multa tuo laetae fundentes gaudia uultu.
ipsa loci natura domum resonante susurro
quis dabat et dulci fessas refouebat in umbra.
nam primum prona surgebant ualle patentes
aeriae platanus, inter quas impia lotos,
impia, quae socios Ithaci maerentis abegit,
hospita dum nimia tenuit dulcedine captos.
at quibus insigni curru proiectus equorum
ambustus Phaethon luctu mutauerat artus
Heliades, teneris implexae bracchia truncis,
candida fundebant tentis uelamina ramis.
posterius, cui Demophoon aeterna reliquit
perfidiam lamentanti mala: perfide multis,
perfide Demophoon, et nunc deflende puellis!
quam comitabantur fatalia carmina quercus,
quercus ante datae Cereris quam semina uitae:
illas Triptolemi mutauit sulcus aristis.
hic magnum Argoae naui decus edita pinus
proceros †decorat siluas hirsuta per artus,
ac petit aeriis contingere †montibus astra.

119 Quam *P Cors. Cant.* pernigre (pernigrȩ *P*) *BFEPT Cors.*: pernix *V* remorantem *V*: morantem Ω: *scripsi* pernice morantur: pernix remorantem *Leo*: remorantur *Heinsius* 120 tuo *Cant.*: tuae $B^1F\Pi V$ laeto *EV*: late *Cant.* 121 loci] soli *F* doraum (*suprascr.* domum?) *Cors.*: *an* torum? 122 feras *Cors.* 124 platanus *Cors.*: platanos *EF*: platani *PTV*: platane *B* (us *suprascr. m. rec.*) 125 sonos (ci *suprascr.*) *V* 126 /dum *E*: *an* cum? 127 insigni curru *Lucr.* VI. 47: ignito *Maehly*: *fort.* indigne 128 ambustus *Mediol.*: ambusto *Cors.*: ambustos Ω motauerat *B* 129 amplexe (-at *P*) Ω: implexae *Heinsius et Gronouius* 130 lentis *Scaliger* 132 lamentanti *Weber*: lamentandi *codd.* perfida *B Cors. Cant.*: perfidia *PT*: perfide *Vossianus, Scaliger*: Perfidia lamenta doli *Haupt* 133 *om. B*: .i. *pro* et *V*: i nunc *Baehrens* deflende *Scaliger*: defende *codd.*: dicende *Leo* 134 comitabant *Cors.* 136 triptolomi *Cors.* /notauit *B* aristas *Cors.* 137 addita *V Cors.* 138 proceratus *Cors.*: proceras *BFΠV*: proceros *Heinsius* decoras *F*: *fort.* superat *uel* superans 139 ac petit *Heinsius*: appetit Ω contingere *codd.*: coniungere *Ald.* 1534, *Gronouius Obseruatt.* ii. 3 motibus *Scaliger*: *an* morsibus?

ilicis et nigrae species et fleta cupressus
umbrosaeque monent fagus hederaeque ligantes
bracchia, fraternos plangat ne populus ictus,
ipsaeque escendunt ad summa cacumina lentae
pinguntque aureolos uiridi pallore corymbos.
quis aderat ueteris myrtus non nescia fati.
at uolucres patulis residentes dulcia ramis
carmina per uarios edunt resonantia cantus.
his suberat gelidis manans e fontibus unda
quae leuibus placidum riuis sonat acta liquorem.
et quaqua geminas auium uox obstrepit auris;
hac querulae referunt uoces quis nantia limo
corpora lympha fouet; sonitus alit aeris echo,
argutis et cuncta fremunt ardore cicadis.
at circa passim fessae cubuere capellae
excelsisque super dumis, quos leniter adflans

140 et laeta *codd.*: *scripsi* et fleta, *cf. Ouid. M.* X. 134–142, *Stat. Silv.* V. 5. 30, *Theb.* VI. 461: lethea *Gifanius*: nec laeta *Heinsius*: et species Lethaea cupressus *Heyne* 141 manent *codd.*: monent *Sillig* ligantis *BF*Π: ligantes *Cors.* 142 frateruero non plagat nec populus ictum *Cors.* 143 Ipsaque *Cors.* excedunt *B*Π*V*: accedunt *Cors.*: escendunt *Heyne* 145 ascia *Cors.* 146–152] *secutus sum ordinem uersuum qualis est in codd. Sed in excerptis Parisinis et Esc. hic est ordo* 154, 148–9, 146–7, 150–153, 157, 155–6, 159, 158, *multis praeterea immutatis. Quod cum aperte uitiosum sit, non recepi quamquam is ordo uu.* 146–149, his suberat—quae leuibus—at uolucres—carmina per uarios *placuit Hauptio* 147 post uarios *Cors.* 148 superat *codd.*: suberat *ed. Ascensiana Paris.* 1507 149 placid// *V* (um *in ras.*) acta *V cum Vossiano*: orta Ω liquorum (e *suprascr.*) *Cant.*: liquorum *coni. Haupt, recepit Leo* 150 quaqua *Barthius, Naeke ad Dir. p.* 289: quamquam Ω obstrepet *Cors.* 'Sententia est, in regione illa certamen ranarum fuisse cum auibus; auium cantum pro suis uiribus referre ac repetere ranas' *Naeke* 151 querulę Ω: querulas *excerpta Parisina et Esc. Scaliger* nautica *Esc.* 152 etheris *V cum Vossiano* alit aeris echo] *om. Cors.* 153–230 *supersunt in M* 153 ardore *BF*Π*M Cors.*: /ardore *V, erasa littera quae poterat esse* ſ: a rore *Baehrens, cf. Schol. Dionys. Perieg.* 364: *fort.* stridore (*Plin. H.N.* XI. 266), *quod uidetur commendare V* 154 Ad *M* passum *Cors.* fusae passim *Esc.* 155 excelsisque (excęsisque *Mediol.*) super *codd. praeter Cors.*: excelsisque

aura susurrantis poscit confundere uenti.
  Pastor, ut ad fontem densa requieuit in umbra,
mitem concepit (proiectus membra) soporem,
anxius insidiis nullis, sed lentus in herbis
securo pressos somno mandauerat artus.
stratus humi dulcem capiebat corde quietem,
ni fors incertos iussisset ducere casus.
nam solitum uoluens ad tempus (tractibus isdem)
immanis uario maculatus corpore serpens
mersus ut in limo magno sub sideris aestu
. . . .
obuia uibranti carpens grauis aere linguae
squamosos late torquebat motibus orbis.
†tollebant aurae uenientis ad omnia uisus.†
iam magis atque magis corpus reuolubile uoluens
attollit nitidis pectus fulgoribus, effert
sublimi ceruice caput, cui crista superne
edita (purpureo lucens maculatur amictu,)
aspectuque micant flammarum lumina toruo.

supra *Cors.* : Excelsis sup̄ *Esc.* : e. supter *Heyne* quae Ω : quos *Esc.* leniter *Cors. M Esc.* : leuiter *BF*Π*V* adflans *BE Cors.* : afflans *PTV Esc.* 156 susurratis *Cors.* possit *PM Esc.* 160 pressus *Cors.* 161 soporem *V* 162 mississet *F* 163 isdem *Bembus* : id(a)e *codd.* : idē *Vat.* 3255 164 corpora *M* 165 sub sideris Ω : subsideret *Bembus*, *uulgo* : *an* subsiderat? *Sed uidetur uersus excidisse* 166 obuia uibrati carpens *omissis ceteris Cors.* aera *M et Mediol.* : aere *cett.* linguae *scripsi* : lingua Ω : ore trilingui *Schrader.* *An fuit neutri generis* aera *ut Barthio uisum*? 167 motibus *Mediol.* : montibus *BFPTVM* 168 *sic BFM*Π *Cors. Cant.* aurae] au(? an)te (r *scripta super* t) *V*: herbae *Ribbeck* : irae *Leo* adomina *b* : *num* abdomina? *sed* ad omnia *satis tuitus est Leo* uisus *an* nisus *V*, *uix certum Ehrlio* : uirus *Heinsius* : nisus *Ribbeck* : Pallebant aura uementis gramina uiri *Haupt* : Tendebant acres uenientis ad o. uisus *Baehrens* 169 resolubile *Heinsius* 170 effert *Friesemann* : ecfert *Ribbeck* : et se Ω : atque *Paldamus* 171 sublime *M* caput rapit *Bembus*, *sed est allitteratio* ceruice caput cui crista 172 maculator *M* : lucem iaculatur *Hildebrandt et prius Unger sed hic* luces 173 micat Ω lumina *P* : lumine *cett.* : aspectusque micat flammarum lumine toruo *Baehrens*

metabat sese circum loca, cum uidet †ingens
aduersum recubare ducem gregis. acrior instat
lumina diffundens intendere et obuia toruos
saepius arripiens infringere, quod sua quisquam
ad uada uenisset. naturae computat arma,
ardet mente, furit stridoribus, intonat ore,
flexibus euersis torquetur corporis orbis,
manant sanguineae per tractus undique guttae,
spiritibus rumpit fauces. cui cuncta paranti
paruulus hunc prior umoris conterret alumnus,
et mortem uitare monet per acumina. namque
qua diducta genas pandebant lumina, gemmans
hac senioris erat mature pupula telo
icta leui, cum prosiluit furibundus et illum
obtritum morti misit; cui dissitus omnis
spiritus excessit sensus. tum torua tenentem
lumina respexit serpentem comminus, inde
impiger, exanimus, uix compos mente refugit,
et ualidum dextrā detraxit ab arbore truncum.
qui casus sociarit opem numenne deorum

174 metebat *F*: motabat sese *Baehrens* sese] late *V cum Vossiano* ingens *codd.*: *fort.* hiscens 176 intenderet *M* ouia torua *Cors.*: toruo *cett.* 177 *om.* *P* 178 computat *Cors.*: comparat *cett.* 179 Ardet et *Cors.* 180 euexis *Cors.* torquentur corporis orbes *M Cors.* 181 pertractim *Cors.* 182 cunsta *V* quo cuncta parante *Scaliger*, *idque necessarium uisum est Ribbeckio* 183 humoris Ω conteret *M*: continet *Cors.* 184 uitam remouet *Cors.* 185 gemmas *Cors.*: gemmans *Schrader*: gemmis *BFM*Π *Cant.*: gentis *b*: *num* hiantis? 186 senioris *Cant. M*: se moris *B*Π *Cors.* mature *Bothe*: naturae Ω: natura *Cors.* 187 ịacta *V*: iacta *BM*Π *Cors.*: tacta *Schrader* cum Ω: tum *Bembus* 189 excussit *W. Wagner*: accessit uentis *Hildebrandt*: et cessit sensus *Housman* sensim *V ex* sensū dum *Cors.*: cum *Cant.* 190 quo minus *Cors.* unde *Cors.* 191 exanimus *B*Π*M Cant.*: exanimis *Vossianus*: exanimi *Cors.* resurgit *V* (*ex* refugit) *et Mediol.* 192 *sic Cors.* Et u. detraxit ab arbore dextera *M*: et u. dextra (extra *F*) truncum detraxit ab ore *BF*Π *Cant.*: ab ore (au written above) *V*: ab orno *Bembus et sic Vat.* 1586 193 cui *Scaliger* sociaret *codd.*: sociarit *Bembus* numen ne *V*: numenue *BFM*Π

prodere sit dubium, ualuit sed uincere tali
horrida squamosi uoluentia terga draconis,
atque reluctantis crebris foedeque petentis
ictibus ossa ferit, cingunt qua tempora cristae.
et quod erat tardus somni languore remoto
†nescius aspiciens timor obcaecauerat artus
hoc minus impleuit dira formidine mentem.
quem postquam uidit caesum languescere, sedit.
  Iam quatit et biiugis oriens Erebois equos nox,
et piger aurata procedit Vesper ab Oeta,
cum grege compulso pastor duplicantibus umbris
uadit et in fessos requiem dare comparat artus.
cuius ut intrauit leuior per corpora somnus
languidaque effuso requierunt membra sopore,
effigies ad eum culicis deuenit et illi
tristis ab euentu cecinit conuicia mortis.
'quis, inquit, meritis ad quae delatus acerbas
cogor adire uices? tua dum mi carior ipsa
uita fuit uita, rapior per inania uentis.
tu lentus refoues iucunda membra quiete,
ereptus taetris ex cladibus: at mea manes

194 ualuit *Haupt*: uoluit Ω tal/i *V*: tales *BF*Π*M Cant.*: talis *Sillig* 197 cristę *E*: cristam Ω 198 omni *codd.*: somni *Ald.* 1517 et quod erat tardo somni languore remotus *Hertzberg* 199 Nescius *codd.*, *nisi quod T habet* nescis: nec suus *Heinsius*: nec prius *Sillig*: nec senis *Hertzberg*: nec secus ad speciem *ego* tonor *F*, *fortasse uere utpote tensum corporis ex metu statum significans: languet certe* timor *sequente in u.* 200 formidine 200 impleuit *T*: impleuit (uel icuit *suprascr.*) *V*: implicuit *BFPM* 198–201 *hoc ordine dant codd., sed uidetur* 201 quem postquam uidit *melius sequi* 197 202 erebo eis *BF*Π*MV Cant.*: erebois *Cors.*: erebeis *Haupt* equos nox] et quon non *Cors.* 203 et iupiter *M* aurato *Vossianus* 204 *om. M* undis *Cors.* 206 ut] et *P* 207 *fort.* offuso requiem dare membra soporem *Cors.* 209 *om. F* 210 quis inquit meritis *Heyne et Naeke ad Dir. p.* 112: quid inquit meritis *Cors.*: inquid (*uel* inquit) quid meritis *BFM*Π*V*: en quid ait meritus *Heinsius*: in quid *Hildebrandt* ad que *V*: atque *BFM*Π: ad quem *Cors.* dil. *BF*: del. *M Cors.* 211 mi *Bembus*: me Ω 213 iocunda *B* 214 Erectus *M* terris tetris *F* e Ω: et *Vossianus*: ex *scripsi*

uiscera Lethaeas cogunt tranare per undas.
praeda Charonis agor. uidi ut flagrantia taedis
limina conlucent infernis omnia templis.
obuia Tisiphone, serpentibus undique compta,
et flammas et saeua quatit mihi uerbera. pone
Cerberus et diris latrantia rictibus ora,
anguibus hinc atque hinc lurent cui colla reflexis,
sanguineique micant ardorem luminis orbes.
heu quid ab officio digressa est gratia, cum te
restitui superis leti iam limine ab ipso?
praemia sunt pietatis ubi, pietatis honores?
in uanas abiere uices, ex rure recessit
iustitiae prior illa fides. instantia uidi
alterius, sine respectu mea fata relinquens.
ad parilis agor euentus. fit poena merenti.
poena sit exitium; modo sit dum grata uoluntas,
exsistat par officium. feror auia carpens
auia Cimmerios inter distantia lucos;

215 transnare *codd.* 216 coronis *E*: draconis *cod. Escorialensis ubi post Buc. Georg. Aen. adiectus est Culex* uidi et *Cors.*: uidei ut *V* (i *super rasur.*) piceis *Menozzi* 217 lumina *BMV Cors.*: limina *Fr. Iacobs* cum lucent *codd. praeter Cors. et V*: collucent *Cors.*: translucent *V* infernis *Domitius Calderinus et Fr. Iacobs*: infestis *BVPT Cors.*: infectis *E cf. Manil.* II. 692: infaustis *Unger*: *fort.* incestis omnia *codd.*: *fort.* moenia templis] thel/is *V* uiden ut flagrantia taedis limina collucent? infestis obuia templis, obuia Tisiphone *Leo* 218 cincta *Heyne*: *an* saepta? 219 pone *Peerlkamp*: poen(a)e *codd.* 220 latrantia rictibus *Haupt*: flagrant (flagant *M*) latratibus (latran(n̄ *V*)-tibus *VT*) *codd.*: Cerberus est diris flagrans l. ora *Housman* 221 arent Ω: /arent *M*: 'arent *aut* horrent' *Ascensius*: lurent *scripsi* 222 sanguineique *M Cant. Cors.*: sanguineaque *BFPT* ardore *M* orbos *B* (*non* arbos), Π: orbem *Cors.*: horbes *M* 223 neu *Cors.*: et Π: *num* ecquid? 224 loetium lumine *Cors.*: li/mine *B* apso *B*[1] 225 premia sunt dītatis *Esc.*: *num* praemia simplicitatis? 226 uarias *Esc.* e rure *Bembus*: et rure *ed. Ascens.* 1507: et iure *BF*Π*M Cors.*: et iura *V*: et uita *Vossianus*: et uicta *Baehrens*: *fort.* euicta 227 Iustitia et *Schrader* uici *Heinsius* 229 pariles *codd. plerique*: parides *FM* fit *BFMV Cant.*: sit *Cors.* 230–306 *desunt in M* 230 fit *BFV*Π *Cant.*: sit *Cors. Mediol.* dum] tua *Hertzberg* 232 Cum merios *BF*Π: cumerios *V*: cim merios *Cors.* inter] infra *Leo*

quem circa tristes densentur in ostia Poenae
nam uinctus sedet immanis serpentibus Otos,
deuinctum maestus procul aspiciens Ephialten,
conati quondam cum sint rescindere mundum.
et Tityos, Latona, tuae memor anxius irae
(implacabilis ira nimis) iacet alitis esca.
terreor a tantis insistere, terreor, umbris,
ad Stygias reuocatus aquas. uix ultimus amni
exstat nectareas diuum qui prodidit escas,
gutturis arenti reuolutus in omnia sensu.
quid saxum procul aduerso qui monte reuoluit,
contempsisse dolor quem numina uincit acerbans
otia quaerentem frustratibus? ite, puellae,
ite, quibus taedas accendi tristis Erinys,
sicut Hymen, praefata, dedit conubia mortis.
atque alias alio densant super agmine turmas,
impietate fera uecordem Colchida matrem,

233 ostia *scripsi*: omnia *codd. sed* omnua *F*: agmina *Iacobs*: obuia *Ribbeck* ponę *B* 234 uinctus *B*: uict(tt *F*)us *F*Π *Cant.* othos *BEP* 235 deuinctus *codd.*: deuinctum *Bembus* 236 cum sint quondam *V cum Vossiano* rescindere *V cum Vossiano*: ins(ș *B*)cendere *B*Π*Cors.*: incendere *F Cant. Mediol.* celum *V Voss.* 237 tityas *FT*: ^{ti}tyas *B*: ticius *V*: tuas . . . iras Ω: tue . . . ire *Vossianus* 238 alitisca *Cors.* 240 ad . . . aquas *plerique cum sequentibus construunt*: at *PT* amni] annus *Cors.*: anni V^1 241 exstat *Heinsius*: restat *codd.* 242 in obuia *Schrader*: inanis ab orsu *Bothe*: inania *Ribbeck*: in umida *Maehly*: *num* in amnica? 243 Qui Ω: Quid *ed. Ascens.* 1507 saxo *Cors.* auerso *Cors.* reuoluit] *an* repellit? 244 acerbans *V*: acerbas *F*ΠB^1: acerbam *Cors.*: acerbus *corr. B Mediol.* 245 frustratibus ite *scripsi*: frustra sub lite *Cors.*: syblite *E*: siblite *BFPT*: ceu rite (*sed* rite *alia manu*) *V*: ceruice *Baehrens*: otia quaerentem frustrabitis? ite puellae, ite quibus taedas accendit tristis Erinys. sicin Hymen praefata dedit conubia mortis? *Housman* 246 accendi *scripsi*: accendit *codd.*: accendens *Haupt* 247 praesaga *Heyne* 248 densant *scripsi, sc. Poenae*: densas *codd.*: densat *ed. Ascens.* 1507 super] sequor *Birt* *Post* 248 *excidisse uersum ratus est Leo* turbas *Vossianus* 249–330 *supersunt in fragmento Stabulensi* (*S*) 249 uecordem *V*: tu cordam *BF*Π *Cors. Cant.* Colchida *V*: conduda *Cors.*: conchida *B Cant.*

anxia sollicitis meditantem uulnera natis:
iam Pandionias miseranda prole puellas,
quarum uox Ityn edit Ityn, quo Bistonius rex
orbus epops maeret uolucris euectus in auras.
at discordantes Cadmeo semine fratres
iam truculenta ferunt infestaque lumina corpus
alter in alterius, iamque auersatur uterque,
impia germani manat quod sanguine dextra.
eheu mutandus numquam labor! auferor ultra
in diuersa magis, distantia nomina cerno.
Elysium tranamus, agor delatus ad undam.
obuia Persephone comites heroidas urget
aduersas praeferre faces. Alcestis ab omni
inuiolata manet cura, quod saeua mariti
in Chalcodoniis Admeti †cura morata est.
ecce Ithaci coniunx semper decus, Icariotis,
femineum concepta decus manet, et procul illa
turba ferox iuuenum telis confixa procorum.
quid misera Eurydice tantum maerore recesti?

251 miseranda *Cors.*: miserandas *BF*Π*S Cant.* 252 uox Ityn edit Ityn *Sillig*: uox it inedytyn (in edytin *Cors.*) *BT Cors.* quo *V*: quod *BF*Π *S Cant. Cors.* 253 epops] epos *V* 254 at *PTV*: ad *BES Cors.* Cadmeo *Cors.*: Cat(th Π)meo *BFS*Π 255 infectaque *PT* 256 iam *Cors.* (*om.* que) auersatur *uulgo*: auersatus Π*B Cant.*: aduersatus *V Cors.* 258 Heu *Cors.* mutandas *S* ramquam *Cors.* 259 nomina *PTV Cors.*: nomine *S*: numina *BFE Cant.*: limina *ed. Ascens.* 1507 260 Elysiam tranandus *codd.*: tradendus *b*: Elysium tranamus *scripsi*: Eridanus tranandus *Schrader* dilatus *BE* 261 persophone *PTS* heroia surget *Cors.*: heroiadas urget *S* 262 preferre *Cors.*: perferre *cett.* 264 Chalcodoniis *Petrus Brantsma ex Apolloni Argon.* I. 49: Chalcedoniis *codd.* admaeti *B*: adameti *Cors.* cura Ω: cã *V*: fata *Bembus*: iura *Unger, Leo*: *num* quoi s. m. i. C. A. causa (*morbus*) m. est? *an* Moera? 265 simplex ducis *Koch* ichariotis *V Voss.*: iharotis *PTB*: hiarethis *S* 266 consaepta *Baehrens*: conspecta *Birt* recus *F ut uidetur*: *num* secus? et *om. S* illā *B*: illam *FPTS*: illa *Ascensius in comment. ed.* 1507 267 confixa (*suprascr.* uel s) *V*: *num* confixsa? 268 Qui *BFPT Cors. Cant.*: ui/// *S*: Quid *V* tantum *S*: tanto *cett.* recesti *Barthius*; recessit *codd. nisi quod F habet* ḍẹcessit

poenane respectus et nunc manet Orpheos in te?
audax ille quidem, qui mitem Cerberon umquam
credidit aut ulli Ditis placabile numen,
nec timuit Phlegethonta furentem ardentibus undis,
nec maesta obtenta Ditis ferrugine regna,
ecfossasque domos ac Tartara nocte cruenta
obsita, nec facilis †Ditis, sine iudice, sedes,
iudice, qui uitae post mortem uindicat acta.
sed fortuna ualens audacem fecerat ante.
iam rapidi steterant amnes et turba ferarum
blanda uoce sequax regionem insiderat Orphei;
iamque imam uiridi radicem mouerat alte
quercus humo, †steterant amnes†, siluaeque sonorae
sponte sua cantus rapiebant cortice auara.
labentis biiugis etiam per sidera Luna
pressit equos: et tu currentis, menstrua uirgo,
auditura lyram tenuisti nocte relicta.
haec eadem potuit Ditis te uincere coniunx,
Eurydicenque ultro ducendam reddere: non fas,
non erat †in uitam diuae† exorabile mortis.
illa quidem nimium manis experta seueros
praeceptum signabat iter, nec rettulit intus

269 Poenane *Schenkl*: Peneque *V*: Poenaque (o *B*) Ω manet] ualet *Fr. Iacobs* Orpheos *Ribbeck*: Orpheus *codd.* 270 cerbero numquam *S Cors.*: cerbera numquam *BPT* 271 aut *ed. Ascens.* 1507: haut *FPTV*: haud *SB Cant.* 272 furentem *Bembus, cf. Aetna* 298: ferens *S*: ferens (v *suprascr.*) *T*: furens *BFP Cors. Cant. idque retinuerunt Birt et Leo* 273 obtenta *Vossianus*: obtentu Ω: obtutu *W. Wagner* 274 Nec fossasque *BFT Cors.*: /ec fossasque *S*: ecfossasque *scripsi, cf. Neue-Wagener Formenlehre* 3. 219 275 dictis *Mediol.*: ditis *cett.*: Dictaeo *Scaliger*: Dictes *ego olim* 278 amnes *Cant. Mediol.*: omnis (uel a *suprascr.*) *V*: omnes Ω 279 in sidera *Cors.* 280 uiride *S*: *num* ima uiridis? mouera *Cors.* 281 omnes *S*: amnes *BF*Π: annes *V* 283 labentis *Cors.*: labentes *plerique* luna *BE Cant.*: lune *PTVF Cors.*: Phoebus *olim Ribbeck* 284 praessit *B* 285 relecta *Markland* 287 ultro] uiro *Heinsius* 288 dire *Vossianus*: diu *S* non erat ire uiam durae e. m. *olim conieceram* 289 experte *B* seueras *S*

lumina nec diuae corrupit munera lingua.
sed tu crudelis, crudelis tu magis, Orpheu.
oscula cara petens rupisti iussa deorum.
dignus amor uenia, gratum, si Tartara nossent,
peccatum; meminisse grauest. uos saecla piorum,
uos manet heroum contra manus. hic et uterque
Aeacides: Peleus namque et Telamonia uirtus
per secura patris laetantur numina, quorum
conubiis Venus et Virtus iniunxit honorem.
hunc rapit Hesiona, ast illum Nereis amauit.
assidet huic iuuenis, sociatae gloria sortis,
acer inexcessum, referens a nauibus ignis
Argolicis Phrygios turba trepidante repulsos.
o quis non referat talis diuortia belli,

291 corrumpit *S* 292 crudelis *semel PT Vossianus*: credulis magis Orpheus *Cors.*: *num* Orpheu's? 293 iussa] iura *Cant.* 294 Dignus amor uenia est *Esc. ceteris omissis* gratiam *F* (grām): gratam *Birt*: '*debuit sane* ueniam' *Leo*, *ipse tamen scribens* gratum, si Tartara nossent, peccatum: *Thilo scribebat* gratum si T. nossent, *post* nossent *plene interpungens*: *Ribbeck uersus sic ordinabat* 292 (sed tu crudelis) 295 (παρενθετικῶς) peccatum meminisse tuom graue sede piorum 293 oscula c. petens 294 dignus a. uenia, gratum si T. nossent. 295 *sic Leo* graues tuos *BS*: graues uos *V Vossianus*: graues non *Cors.*: tuo graue *PT*: grauest *Baehrens* saecla *scripsi*: sede Ω 297 eptelamonia *S* 298 laetantur *B* numina Ω, *cf. Apollodor.* iii. 12. 15 *τιμᾶται δὲ καὶ παρὰ Πλούτωνι τελευτήσας Αἰακὸς καὶ τὰς κλεῖς τοῦ Ἅιδου φυλάττει* 299 conubis *Haupt* iunxit *Cors.* 300 rapit Hesiona, ast *scripseram ignarus Heinsium ante me ita scripsisse* (rapit Hesione), *cf. Ouid. M.* XI. 216 'Nec pars militiae Telamon sine honore recessit, Hesioneque data potitur: nam coniuge Peleus clarus erat diua': rapuit ferit ast *BFS*Π *In Corsiniano u. sic scriptus est* hunc rapuit illum ferit ast illum n. a.: rapuit feritas *V Voss.*: rapuit serua ast *Bembus*: rapuit Periboea *Schrader*: hoc caluit Periboea *Stadtmueller* 301 huic *scripsi*: hoc *S*: hac *BV*Π *Cors.* sociat de *BF*Π *Cors. Cant.*: sociate *V*: sociat quem *Mediol.*: sociat dedoria uirtus *S*: *fort.* sociauit adorea fortis 302 acer *Bembus*: alter Ω: alte *Cors.* inexcissum *B*[1]Π: in excisum *S Cors.*: inexcelsum *V Voss.*: inexcussus *Bembus*: inexcessum *scripsi*, *h. e.* ἀνυπερβλήτως: in excursu *Scaliger*: inaccessum *ego olim* 303 feritate *BF*Π*S*: ferit arte *Cors.*: fremitante *Mediol.*: trepidante *scripsi* torua feritate *Bembus*, *uulgo* repulsos *EB Cant.*: refulsos *SPT Cors.*: *num* refusos? 304 referet *S* talis deuortia belli *S*: deuortia *etiam BEP*: tali . . . bellis (belis *PT*) *B nondum correctus. EPT Cors. Cant.*

quae Troiae uidere uiri uidereque Grai,
Teucria cum magno manaret sanguine tellus,
et Simois Xanthique liquor, Sigeaque propter
litora, cum Troas saeui ducis Hectoris ira
truderet in classis inimica mente Pelasgas,
uulnera tela neces ignis inferre paratos?
ipsa sudis namque Ida parens feritatis et ipsa
Ida faces altrix cupidis praebebat alumnis,
omnis ut in cineres Rhoetei litoris ora
classibus ambustis flamma †lacrimante daretur.
hinc erat oppositus contra Telamonius heros,
obiectoque dabat clipeo certamina, et illinc
Hector erat, Troiae summum decus, acer uterque
(fulminibus ueluti fragor est e turbine nisis),
hic manibus telisque super . . . . . .
eriperet reditus, alter Vulcania ferro

305 troia *S Cors.* 306 maneret (a *suprascr.*) *BS* 307–*fin.* *supersunt in M* propter *Heinsius*: pr(a)eter Ω *Leo* 308 ducis *Cors. cum Vossiano et marg. B*: duos Ω*MS* 309 truderet *Baehrens*: uidere *V Cors.*: uide *S*: uidi *BM*Π *Cant.*: ui daret *Leo* 310 ne te (necte *S*) signas *B*Π*S*: nece signas *M*: ne te signes *Cors.* 311 ipsas uagit *Cors.*: ipsa uadis *b*: ipsa uagis *cett. nisi quod M habet* uages *ex* uagis: iugis *Bembus* sudis *ex Cors. scripsi qui solus primam litteram* s *seruauit.* d *cum* g *mutatam idem codex exhibet u.* 366 parens *scripsi*: potens Ω: parens feritatis *est* μήτηρ θηρῶν *Il.* VIII. 47 et] ab *V Cors.* 312 *om. M* et da *S*: daque *BF*Π cupide *V*: cupidus *BF*Π*S Cant.* alumnus *BF*Π *Cant.* 313 roethei *B* 314 lacrimante *codd.*: lambente *Shadworth H. Hodgson*: arua cremante *Unger* daretis *S nisi me oculi fallunt* 315 hic *S* oppositos *S*: appositus *FM* conto *Schrader* 316 obiecto *S* *om.* que: obiectaque *Cors.* 317 Hęctor *B* 318 fulminibus *Mediol.*: fluminibus *cett.*: flaminibus *Baehrens* est e turbine nisis *scripsi*: est a turbine nise *V Voss.*: et libet in se *Cors.*: ae(e *PT*)dibus in se *BMS*Π: est a turbine mixtis *Baehrens. Leo scribebat* fluminibus ueluti fragor est e turbine missae [de scopulo molis; flammas iaculabat ut illis] tegminibus telisque super[ne arcentibus Hector] eriperet reditus 319 *om. T* tegminibus Ω: *fort.* hic manibus, cf. *Il.* XV. 716 Ἕκτωρ δὲ πρύμνηθεν ἐπεὶ λάβεν οὐχὶ μεθίει, ἄφλαστον μετὰ χερσὶν ἔχων. *Post* super *codices habent* sigeaque (sigete aque *S*: sigtaque *M*) pr(a)eter *iterata, ut uidetur, ex u.* 307: si classibus Argos *suppleuit Bembus*: iaculatus ut ignis *uel* mare classis ut hosti *ego* 320 uulgcania *S*

uulnera protectus depellere nauibus instat.
hoc erat Aeacides uultu laetatus honore,
Dardaniaeque alter fuso quod sanguine campis
Hectoreo uictor lustrauit corpore Troiam.
rursus acerba fremunt, Paris hunc quod letat, et huius
†arma dolis Ithaci uirtus quod concidit icta.
huic gerit auersos proles Laertia uultus,
et iam Strymonii Rhesi uictorque Dolonis
Palladio laetatur ouans, rursusque tremescit
iam Ciconas iamque horret atrox Laestrygone *limen*.
illum Scylla rapax canibus succincta Molossis
Aetnaeusque Cyclops, illum Zanclaea Carybdis
pallentesque lacus et squalida Tartara terrent.
hic et Tantaleae generamen prolis Atrides
assidet, Argiuum lumen, quo flamma regente
Doris Erichthonias prostrauit funditus arces.
reddidit heu Graius poenas tibi, Troia, ruenti,

322 *sic ed. Ascens.* 1507 hic *V Scaliger* erat] *an* ouat? a(e)acides uultu *codd.* : *num* Aeacidae uultus? letatus *V* (celatus) honores *codd.* hic erat Aeacides uultus elatus honore *Scaliger* : hos e. Aeacides uultu laetatus honores *Haupt* 323 Dardanidaeque *Mediol.* 324 *sic Bembus* he(ae *M*)ctora lustrauit uictor de corpore troiam *BMPS Cors.* : hector/ *V* 325 et *om. B* 326 arma Ω : alta *ed. Ascens.* 1507 : firma *Leo* : *num* hirta? *An* ardua lis Ithaci uerbis? 327 hinc *V* auersos *Scaliger* : euersos *codd.* laeertia *B Cant.* 328 trimonii *Cors.* 329 Palladio *Aldina* 1517 : Pallade iam Ω laetatur *codd., nisi quod Cors. habet* letanter. *Prius ex coniectura scribebam* laetabatur, *cf.* 50–53 tondebant . . . haerebant . . . carpuntur . . . petuntur tremescit *BPM Cors.* 330 iam ciconas *V Cors.* : iam oicon as *BP* : pamoicon es *S* lestrigone *BPSM Cors. Cant.* : lestrigones ipse *V*, *sed* ipse *minutioribus litteris scripsit manus altera* limen *addidi, quod atrox Laestrygonis praesentia fuerit* : Laestrygonis antrum *Hertzberg* 331 molosis *BSM Cors. Cant.* 332 zanclea *V* : ranolea *Vossianus* : metuenda *BM Cant.* : et uerida *Cors., h. e.* (m)etuenda 333 pallantesque *BP* squallida *Cors.* 334 generamen prolis *V* : gener ante p. *Cors.* : gener amplis *BΠMS Cant.* : generamen prolis *Ribbeck* atrides *Ald.* 1517 : atrid(a)e Ω : Atrida *ed. Ascens.* 1507 335 repente *Cors.* 336 ericton. *Cors.* : ericthon. *S* : erecthon. *P* portauit *Cors.* aras *Cors. quod fluxit ab* arcis 337 Graius *Ald.* 1517 : grauius Ω troias uenti *Cors.* : troia furenti (furent// *S*) *BMPS Cant.* : Troia ruenti *Bembus*

Hellespontiacis obiturus reddidit undis.
illa uices hominum testata est copia quondam,
ne quisquam (propriae fortunae munere diues)
iret ineuectus caelum super. omne propinquo
frangitur inuidiae telo decus. ibat in altum
uis Argea petens patriam, ditataque praeda
arcis Erichthoniae. comes huic erat aura secunda
per placidum cursu pelagus. Nereis ad undas
signa dabat, sparsim flexis super icta carinis:
cum seu caelesti fato seu sideris ortu
undique mutatur caeli nitor, omnia uentis,
omnia turbinibus sunt anxia. iam maris unda
sideribus certat consurgere, iamque superne
corripere et solis et sidera cuncta minatur
ac ruere in terras caeli fragor. hic modo laetans
copia nunc miseris circumdatur anxia fatis,
immoriturque super fluctus et saxa Capherei
Euboicas aut per cautes Aegaeaque late

338 helesp. *Cors. P* 340–342 *supersunt in Esc. sed multum immutata* 340 ne quisquam *Vossianus* : nec quicquam *Cors.* : neque *BFMPS Cant.* propriae *PS* : proprio *Heinsius* fortunate *M* : *fort.* ne quo quem proprie fortunat munere diuos. *Sic enim minus offendit* ineuectus *sc.* quo quem munere proprie f. diuos (*nomin.*), eo ineuectus iret *et* caelum super *habet uim suam ad diuum relatum* 341 iret Ω : tendit *Esc.* ineuectus *BMPS* : in euectus *Cors. Esc.* : inuectus *F* propinquom *Leo* 342 decus *Esc.* : deus Ω 343 argoa petens (appetens *Cors.*) *V Cors.* : argere petens *B* : argo repetens *MPS* : Argea petens *Heinsius* : Argos repetens *Ald.* 1534 datataque *M*: deditaque predam *Cors.* : *fort.* inclinataque 344 secundans *et in* 345 ab undis *Housman* 345 curri *b*, *fortasse uere* adundans *M* : ab unda *Paldamus* 346 parsim flexis *Cors.* : pars inflexis *cett.* : *fort.* sparsim *uel* passim, *hoc nunc Housman* super icta *MV Cors.* : super iacta (iacta *B*) *BPS Cant.* : superata *b* : super acta *Ribbeck* 347 cum ceu *Cors.* : or/tu *B* 348 undeque *M* motatur *B* 350 superne (*suprascr.* uel a) *V* 351 solis *BPSM* : soles *Cors.* minatur *Heyne* : minantur Ω 352 aruere *Cors.* : acuere *PS* : ac uere *B* letam *Cors.* *unde* laetans *reposui* : letum *uel* laetum *cett.* : laeta *uulgo* 353 circumdat *Cors.* 354 immoraturque *Cors.* : immoriaturque *Cant.* et sidera Capheren *Cors.* : capherea *SM* : Capherei *B* 355 ereaque *BFMPS* : egeaque *Cors.* : nereaque *Cant.* : Aegeaque *Scaliger* : *fort.* Cenaeaque

litora, cum Phrygiae passim uaga praeda perempta
omnis in aequoreo fluitat iam naufraga fluctu.
hic alii resident pariles uirtutis honore
heroes †mediisque siti sunt sedibus omnes,
omnes Roma decus magni quos suspicit orbis.
hic Fabii Deciique; hic est et Horatia uirtus,
hic et fama uetus numquam moritura Camilli.
Curtius et mediis quem quondam sedibus urbis
deuotum †bellis consumpsit gurges in unda.
Mucius et prudens ardorem corpore passus,
cui cessit Lydi timefacta potentia regis.
hic Curius clarae socius uirtutis et ille
†flamminius deuota dedit qui corpora flammae.

356 litt. *Cors.* perempta *codd.*: peremptae *Bembus* 357 *sic V Voss.* omnis in equoreo fluit atia naufrage luctu *Cors.*: o. i. equoreo fluctuat naufragia fluctu *S*: fluctuat omnis (omnis fluctuat *M*) in equoreo naufragia (naufragi *P*) luctu *BMP Cant.*: nauifraga *Scaliger, nescio an uere* 358 resident *scripsi*: sident *BMPS Cors. Cant.*: sidunt *V Voss.* 359 medii quesiti *S*: *num* meritisque? 360 magni quos] magnis quo *S* suspicit *Heinsius*: suscipit *codd.* 361 hic fabii hic *Cors.*: fauii *S* et *om. Cors.* oratia *Cors. et* V^1: orac(*vel* t)io *BF*Π*MS*: gracchia *Vossianus* 362 moritura Camilli *Cors. Bembus*: mora melli *BP Cant.*: morani elli *S*: mora belli *M*: *om. F*: moritura Metelli *Vossianus*: Camelos *pro eo quod scribendum erat* Camillos *legi in Panegyricorum codicibus Vpsaliensi et Veneto Marciano* 436 *testatus est Baehrens p.* 100 *ed. suae* 363 medius *BFMPS*: metius *Mediol.*: *fort.* Mettus 364 bellis Ω: tellus *Wakefield*: liuens *Housman*: *fort.* telis. *Dionys. Antiqq. II.* 42 καταβελής con'sumpsit *B* gurges in unda Ω: in/unda (i *erasa*) *B*: gurgitis unda *Heyne* 365 mutius *B Cors.*: mutias *S* 366 cui cessit lidithime facta *Cors. solus*: legitime (legittime et *S*) cessit cui facta *cett.*: Clusini cessit cui *Stadtmueller*: cessit cui *Vitrano* 367 cutius *Cors.* 368 flamminius Ω: *num* flaminicus, *ut significatus fuerit pont. max. L. Caecilius Metellus, cui dum Palladium ex aede Vestae flagrante eripit, oculi exstincti sunt; quod ob meritum statua ei in Capitolio decreta est, Dionys. Antiqq. II.* 66, *Sen. Controuers. p.* 380 *Bursian, Plin. H. N. VII.* 139–141? *an* flaminio, *hoc est* flamonio?: Fabricius *Heyne*: Caecilius *Loensis Misc. Epiph. IX.* 2. *Housman de Calpurnio Flamma interpretatus uersum sic refingebat* graminibus deuincta gerit qui tempora Flamma, *citans Plin. H. N. XXII.* 11, *Flor. I.* 18, 13, *Ampel. XX, Liv. XXII.* 60. 11. *Sed hoc uix satis uulgo notum fuerat ut Curtiis Muciis Curiis Flamma adnumeraretur* 369-371 *retinui ordinem codicum. Haupt transponebat hoc ordine* 370, 371, 369

iure igitur talis, sedes pietatis, honores,
Scipiadasque duces, quorum deuota triumphis
moenia *sub* lappis Libycae Carthaginis horrent.
illi laude sua uigeant, ego Ditis opacos
cogor adire lacus, uiduos a lumine Phoebi,
et uastum Phlegethonta pati, quo, maxime Minos,
conscelerata pia discernis uincula sede.
ergo quom causam mortis, tum dicere uitae,
uerberibus saeuae cogunt sub iudice Poenae,
cum mihi tu sis causa mali, nec conscius adsis,
sed tolerabilius cures. haec immemor audis?
ut tamen audieris, dimittes omnia uentis,
et mea diffusas rapientur dicta per auras. 383
digredior numquam rediturus, tu cole fontem 381
et uiridis nemorum siluas et pascua laetus.' 382
dixit et extrema tristis cum uoce recessit.

384 *Vita Leudegarii Martyris* 2. 301 (*Traube*), maculans cum uoce recessit

369 talis Ω honores Ω : tali . . . honorest *Baehrens* : *uersum excidisse post* 369 *credidit Housman* 370 scipiatosque *V Cors.* : scipiadasque *Vossianus et Mediol.* : istarum piadasque (piaadasque *P*) *BFMPS Cant.* : Scipiadaeque *Haupt* 371 sub lappis *scripsi* : rapidis *FMPS Cant.* : rapidis (*suprascr.* ni *sed manu recentiore*) *B* : rapidinis *b* : romanis *V Cors. Vossianus* : Romanos *Koch* : harundinibus *Naeke ad Dir. p.* 294 : uepretis *Haupt* 372 uitus opacus *F* : opacas *Cors.* 373 uacuos *Cant.* 374 phlegethon (*suprascr.* ta) *B, sed* ta *manu recentiore* maxima (maxi *P*) Ω : maxime *Nodell* 375 discernis *Nodell* : discernit Ω 376 ergo quam (qua *P*) c. m. iam discere (dicere *Cors.*) u. *codd.* : quom . . . tum *scripsi* : iam . . . iam *Heyne* 377 sub *Scaliger* : ab *codd.* pena *Cors.* 378 mali ne *Cors. Cant.* : malignae *BP* : mali nec *Vossianus* 379 tol(toll. *P*)erabilius *BPV* : tolerabilibus *M Cors. Cant.* curis *codd.* : cures *scripsi, h. e. lentius aduertas* hoc *Vossianus et Mediol.* 380 et tamen ut uadis *codd.* : et tamen in uanis *ed. Ascens.* 1507 : et tamen etsi audis *Haupt* : et lamenta uagis *Birt* : ut tamen audieris *scripsi* dimittes omnia *MP* : dimitte somnia *B Cant.* : dimitteres omnia *Cors.* : dimittere sompnia *V* : dimittes somnia *ed. Ascens.* 1507 383, 381, 382 *sic ordinauit Scaliger. Potest tamen uerus esse ordo uersuum qualis est in codd. si pro* et *in* 383 *scripseris* at *cum Heynio* rapientur *Scaliger* : rapiuntur *codd.* : rapiantur *ed. Ascens.* 1507 381 disgredior *V* fontem *Cors.* : tontes *MP* : fontis *BF* 382 uiridis *BFP* : uirides *M Cors.* : uiridis (e *suprascr.*) *V* 384 resistit *F*

Hunc ubi sollicitum dimisit inertia uitae
interius grauiter regementem, nec tulit ultra
sensibus infusum culicis de morte dolorem,
quantumcumque sibi uires tribuere seniles,
quis tamen infestum pugnans deuicerat hostem,
riuum propter aquae, uiridi sub fronde latentem
conformare locum capit impiger. hunc et in orbem
destinat ac ferri capulum repetiuit in usum,
gramineam uiridi ut foderet de caespite terram.
iam memor inceptum peragens sibi cura laborem
congestum cumulauit opus, atque aggere multo
telluris tumulus formatum creuit in orbem,
quem circum lapidem leui de marmore †formans
conserit (assiduae curae memor) hic et acanthos
et rosa purpureum crescens pudibunda per orbem
et uiolae omne genus. hic est et Spartica myrtus
atque hyacinthos et hic Cilici crocus editus aruo,
laurus item Phoebi surgens decus. hic rhododaphne
liliaque et roris non auia cura marini,
herbaque turis opes priscis imitata Sabina,
chrysanthusque hederaeque nitor pallente corymbo,

386 remegentem *Cors. sed adiectis signis inuertendi* 390 propter *Cant. V*: preter *BF Cors. M* fronde *ex* fronte *M*: fronte (d *suprascr.*) *Cant.* 392 distinat *M* copulum *F* 393 uiridi ut foderet (ut *suprascr.*) *V*: uiridi foderet (*om.* ut) Ω: gram. ut *Bembus* 394 iam] tam *P* 397 lapidum *V Voss.* *fort.* adornans 398 achantos *FPM Cors.*: achantos (h *post* t *suprascr.*) *B* 399 crescent *BMPV Cors. Cant.*: quiescant *F* pudibunda *V Cors.*: rubibunda *B*: rubicunda *FPM Cant.* per orbem *Cant.*: terrorem *F*, *B supra quod recentior manus adscripsit* colorem: tenorem *Mediol.*: ruborem *V Cors.* 400 pastica *Cors.*: parthica *V* 401 iacinthos *M Cant.*: iacintos *B* crocus] cro *F sequente spatio*: crosus *PB* 402 decus surgens *codd.*: decus ingens *Housman* orodapnhe *M*: rododalphine *Cors.* phebi decus ut (et *Voss.*) sua pagina dicit *V Voss.* 403 roris *Cors.*: rosis *BFMP Cant.* cura *codd.*: tura *Ribbeck* 404 opus *Maehly* sabinas *PV*: Sabinis *Ribbeck* 405 hrysantusque *B*: chrisantusque *Cors.*: crisantus *V*

et bocchus Libyae regis memor. hic amarantus,
bumastusque uirens et semper florida tinus.
non illinc narcissus abest, cui gloria formae
igne cupidineo proprios exarsit in artus,
et quoscumque nouant uernantia tempora flores.
his tumulus super inseritur. tum fronte locatur
elogium tacita format quod littera uoce.
PARVE CVLEX PECVDVM CVSTOS TIBI TALE MERENTI
FVNERIS OFFICIVM VITAE PRO MVNERE REDDIT.

406 bochus *BP Cors.*: hocus *M* amaranthus *FP Cors.* 407 bamastusque *B*: humastusque *Cors.*: buphthalmusque *Bembus* tinus *Salmasius*: pinus Ω 408 illic *Cors.* gloria Ω : gratia *Heinsius* 409 in armis *V Cors.* 411 hic *Cors.* infertur *Cors.* cum *M* 412 firmat *V Cors. Cant.*: firma *B*[1] t *suprascr. manu recentiore* 413–414 *supersunt in Esc.* 414 muneris *Esc.* uita *M* redit *Cors.* LIBELLVS QVI NOMINATVR CVLEX PVBLII VIRGILII (VIRG. MAROÑ. *P*) FINIT DIRAE EIVSDEM (MARONIS *add. P*) INCIPIVNT *BP*: P. VIRGILII · MARONIS · CVLIX · EXPLICIT *Cors.*: EXPLICIT *V*: LIBELLVS QVI NOMINATVR CVLEX VIRGILII MARONIS FINIT *Cant.*

CIRIS

SIGLA

B =	Bruxellensis 10675, 6, uu. 454–541 continens	saec. xii
A =	Arundelianus 133 Musei Britannici	saec. xv
R =	Rehdigeranus S. i. 6. 17 Vratislauiae	saec. xv
U =	Urbinas 353 bibliothecae Vaticanae	saec. xv exeuntis

Helmstadtiensem 332, nunc in bibliotheca Guelferbytana, Vat. 3255 Pomponii Laeti scriptum manu, Chigianum in domo Chigiana (Chigi) Romae asseruatum, Neapolitanum Musei Neapolitani, parcius ut non raro interpolatos adhibui.

Etsi me uario iactatum laudis amore
irritaque expertum fallacis praemia uulgi
Cecropius suauis exspirans hortulus auras
florentis uiridi sophiae complectitur umbra,
†tum ea quaeret eo† dignum sibi quaerere carmen,
longe aliud studium atque alios accincta labores
altius ad magni †suspendit sidera mundi
et placitum paucis ausa est ascendere collem;
non tamen absistam coeptum detexere munus,
in quo iure meas utinam requiescere Musas
et leuiter blandum liceat deponere amorem.
quod si mirificum *sophiae* genus omne s*ecutum*
(mirificum sed enim, modo sit tibi uelle libido),
si me iam summa sapientia pangeret arce,

P. Virgilii Maronis Cyris incipit *A* : p. virgilii illv. poetae ciris feliciter incipit *R*

3 suaues *U* expirans *ARU* herbas (*suprascr.* auras) *A* 4 florentes uiridis *ARU* umbras *ARU*: *corr. Ald.* 1517 5 Tum ea quaeret eo *ARU*: num mea *ed. Ascensiana* 1507 : Arateo *Victorius* : Erato *Scaliger* : nec mea quit ratio *Barthius, Haupt* : dum mens quiret *Buecheler, praeeunte Nic. Loensi Epiphyll.* VIII. 23 num mea quiret eo : *f.* dum mea auens ratio 6 aliosque *U*: alios quae *Puetz, Schwabe* : inque alios *Housman* 7 suspexit *Schrader, Fr. Iacobs* : suspendit *AR* : suspensi *U* 8 placidum *AR* multis *U*: paucis (*suprascr.* multis) *A* 10 que (*suprascr.* quo) *A* *an* rure? 11 leniter *R* amorem *Loensis Epiphyll.* VIII. 23 '*ex uet. editt.*' : morem *ARU* 12 quod si mirificum genus omnes *ARU* *post* omnes *Corsinianus* 43 *F.* 111. 21 *addit* philosophiam *unde ego* sophiae *intuli*, omnes *reliquias ratus esse eius quod prius fuerat* omne secutum genus o Messalla parentum *Leo scribebat* 13 set enim *idem Corsinianus* : sedi *R* : secli *A* 14 mea *Cors.* summa *ARU* patientia *RU cum Cors.* : paciencia (*suprascr.* sapientia) *A* arce *Cors. cum Neapolitano* : arte *U*: artes *R* : artes (*suprascr.* te) *A* si mea iam summas prudentia prenderet arces *Unger, et sic sed* si mihi . . . sapientia panderet *Friesemann*

quattuor antiquis heredibus edita consors,
unde hominum errores longe lateque per orbem
despicere atque humilis possem contemnere curas;
non ego te talem uenerarer munere tali,
non equidem, quamuis interdum ludere nobis
et gracilem molli liceat pede claudere uersum;
sed magno intexens, si fas est dicere, peplo,
qualis Erectheis olim portatur Athenis,
debita cum castae soluuntur uota Mineruae
tardaque confecto redeunt quinquennia lustro,
cum leuis alterno Zephyrus concrebruit Euro
et prono grauidum prouexit pondere currum.
felix illa dies, felix et dicitur annus,
felices qui talem annum uidere diemque.
ergo Palladiae texuntur in ordine pugnae,
magna Giganteis ornantur pepla tropaeis,
horrida sanguineo pinguntur proelia cocco.
additur aurata deiectus cuspide Typhon,
qui prius Ossaeis consternens aethera saxis
Emathio celsum duplicarat uertice Olympum.
tale deae uelum sollemni tempore portant,

15 quattuor] '*Platoni Aristoteli Zenoni Epicuro*' *Vollmer* quae regibus *Thilo* est data *ARU*: addita *Heinsius*: edita *Baehrens* 17 Despicere *ARU* possim *AR fortasse recte*: possum *U* 20 libeat *Heyne* 22 eritheis (c *suprascr.*) *A*: eritheis *R* *f.* qualiter Actaeis *cum* pepla *neutri generis dixerit u.* 30 23 uota (*suprascr.* dona) *A* 24 tardaue *ARU* 25 concrebuit *AU* 26 currum *Barthius*: cursum *ARU* 27 ille *U*: illa *A*: *et sic Manilius* V. 568 'Felix illa dies redeuntem ad litora duxit', *quem locum attulit Ganzenmueller* 28 talem qui *R* 29 texuntur *U*: texentur *AR* 30 *Hunc u. Chatelainio uisus est ex parte expressisse is cuius, inter prosodiaca* '*exempla diuersorum auctorum*' *quae leguntur in cod. Vat. Reg.* 215 *saec.* ix, *adfertur hexameter hic* Porro giganteis miratur mensa triumpho (*Revue de Philologie* VII. *p.* 68) 31 cocco *U*: socco *AR*: suco *nescio quis apud Loensem*: fuco *Heinsius* 32 delectus *ARU*: deiectus *Ald.* 1517 typho *U* 33 conscendens *Kreunen* 34 duplicarat *Baehrens*: duplicabat *ARU* /olimpum *A*, *erasa littera et mutata, quae sequebatur, in* o 35 in tempore *U* portent (a *suprascr.*) *A*

tali te uellem, iuuenum doctissime, ritu
purpureos inter solis et candida lunae
sidera, caeruleis orbem pulsantia bigis,
naturae rerum magnis intexere chartis,
aeternum *ut* sophiae coniunctum carmine nomen
nostra tuum senibus loqueretur pagina saeclis.
sed quoniam ad tantas nunc primum nascimur artis,
nunc primum teneros firmamus robore neruos:
haec tamen interea quae possumus, in quibus aeui
prima rudimenta et iuuenes exegimus annos,
accipe dona meo multum uigilata labore
promissa atque diu iam tandem exordia . .
impia prodigiis ut quondam exterrita mollis
Scylla nouos auium sublimis in aere coetus
uiderit et tenui conscendens aethera penna
caeruleis sua tecta super uolitauerit alis,
hanc pro purpureo poenam scelerata capillo
pro patris soluens excisa et funditus urbe.
complures illam magni, Messalla, poetae

50 *G.* 1. 406 51 *Ecl.* 6. 81

36 uellem *U* : uelim *RA* 38 bigis *A, sed* signis *scripto infra lineam* : signis *U* 39 uerum *R* 40 ut *om. ARU, add. Loensis* 41 tuum *U*: tecum (*suprascr.* tecum) *A* (*sic*) : tecum *R* 45 iuuenes (*suprascr.* primos) *A* : primos *U* : *uersum om. R* : iuuenes *Ganzenmueller illustrauit ex Ouid. M.* VII. 295, XIV. 139 47 *sic AR* : *nisi quod* exordia *abest ab A* et promissa tuis non magna exordia rebus *U et marg. A et sic Barthius in ed.* 1608 *nisi quod malebat* praemissa : promissisque . . . rebus *Walz* : promissaeque diu iam tandem exordia opellae *Ribbeck* : exordia musae *amicus Ribbeckii* : e. curae *Baehrens* : promissa atque diu iam tandem reddita uota *Leo* : p. a. d. iam tandem ⟨carmina narrent⟩ impia prodigiis ut q. e. *Sudhaus*: *fort.* exordia quamuis impia, prodigiis 48 exterruit (terruit *R*) amplis *ARU* : exercuit amplis *ed.* 1507 : exercita amoris *Scaliger* : exterrita mollis *scripsi ratus* AMOLIS *in* AMPLIS *uitiatum fuisse* 50 viserit *Baehrens* : vicerit *uel* fugerit *Unger* auxerit *Loensis dicit in codice quodam fuisse* (*Epiphyll.* VIII. 24) sydera *U* 53 proque *U* excisa est funditus (*suprascr.* funditur) urbe *A et sic R nisi quod habet* funditus : excisa funditus urbe *U* pro patria soluens excisa et f. u. *Haupt* 54 cum plures *AR* illa magni *R* : illā (*suprascr.* am) magni *A* : illam et magni *U*

(nam uerum fateamur, amat Polyhymnia uerum)
longe alia perhibent mutatam membra figura
Scyllaeum monstro saxum infestante uocari.
illam esse aerumnis quam saepe legamus Vlixi
candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias uexasse rates et gurgite in alto
deprensos nautas canibus lacerasse marinis.
sed neque Maeoniae patiuntur credere chartae
nec malus istorum dubiis erroribus auctor.
namque alias alii uulgo finxere puellas
quae Colophoniaco Scyllae dicuntur Homero.
ipse Crataein ait matrem; sed siue Hecateis,
siue illam monstro genuit †grauena biformi,
siue est neutra parens, atque hoc in carmine toto
inguinis est uitium et Veneris descripta libido;
siue etiam iactis speciem mutata uenenis

59-62 *Ecl.* VI. 74-77
Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est
candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias uexasse rates et gurgite in alto,
a, timidos nautas canibus lacerasse marinis.

55 amant *U* polyhymnia *ed.* 1507 : polimia *A* : polimnia *RU* 56 *sic U*: longe aliam perhibent (prohibent *R*) mutata in membra figuram *AR* 57 *sic scripsi*: saxo monstra infectata uocaui *R*: monstra saxosum (*suprascr.* in saxa) infectata (*suprascr.* conuersa) uocaui (ri *suprascr.*) *A* : monstra in saxum conuersa uocari *U*: monstro saxum infestare uoraci *Haupt* : *cf. Ouid. Ib.* 385 'Vt quos Scylla uorax' 58 esse] messea *A* : messea *R* : esse *U* erumpnis *A*: *om. R* : *fort.* errantis, ὃς μάλα πολλὰ Πλάγχθη 61 deprensos] a timidos *Vergilius, cf. Skutsch Aus Vergils Fruehzeit, p.* 97 nautis *A* latrasse *R* *uersum om. U* 62 haec *post* Maeoniae *add. U, suprascr. habet A* 63 malus] bonus *uel* grauis *Walz* 65 dicuntur *ARU*: dicantur *uulg.* 66 Crataein ait *Heyne*: gratinei *ARU*: cratinei *ed. Paris.* 1500 : Crataein ei *Sillig* Hecateis *scripsi* : erithei *AR* : ericthei *U*: Crataeis *uulg.* 67 grauena *R* : grandena *ex* grauena *A* : grandeua *U*: cranaa *Chigianus. Videtur latere nomen in -αινα, qualia multa sunt piscium* ζύγαινα μύραινα σφύραινα φώκαινα φάλαινα. *Fuitne* glanyaena? *an* glaucaena? monstrum g. graue Echidna biformis *Haupt*: monstro generauit Echidna biformi *Housman* 69 id *pro* est *U* et *om. U* 70 iactis *R* : exactis *U*: iactis (*suprascr.* exactis) *A* : tactis *Baehrens*

infelix uirgo (quid enim commiserat illa?
ipse pater nudam †saeua complexus harena
coniugium castae uiolauerat Amphitrites:
at tamen exegit longo post tempore poenas,
ut cum cura suae ueheretur coniugis alto
ipsa trucem multo misceret sanguine pontum):
seu uero, ut perhibent, forma cum uinceret omnis
et cupidos quaestu passim popularet amantis,
piscibus *haec* canibusque malis uallata repente
horribilis circum uidit se sistere formas.
heu quotiens mirata nouos expalluit artus,
ipsa suos quotiens heu pertimuit latratus!
ausa quod est mulier numen fraudare deorum
et dictam Veneri uoto interuertere poenam,
quam mala multiplici iuuenum quod saepta caterua
dixerat atque animo meretrix iactata ferarum,
infamem tali merito rumore fuisse
docta Palaepaphiae testatur uoce Pachynus.

72 *sic Loensis et Ald.* 1517 scaeuam nudā complexit *R*: nudā (*suprascr.* timidā) seua complexit *A*: timidam seua complexit *U*: sola *Ruardi spec. crit.* 1769, *p.* 37: flaua *Heyne*: fulua *Koch*: sicca *Haupt*: *f.* Sicula complexus *ed.* 1507 73 castae *Schwabe*: carte *marg.* care *A*: carte *R*: carae *U*: canae *Heinsius* amphitrite (*suprascr.* es) *A*: amphitrite *R*: amphitrites *U* 74 ast *U*: haec *uir doctus Obseruatt.* II. 319, *Schenkl*: *fort.* ac 75 cum (*suprascr.* tum) *A* suae *U*: tuę *R*: tue *A*: sui *Loensis quem plerique sequuntur. Sed* cura suae coniugis *poterat esse Neptunus, amor ac deliciae coniugis suae Amphitrites* alte (*suprascr.* to) *A*: altę *R*: alt *U* 77 Varro ut perhibet *Unger* omnes *ARU* 78 popularet (*suprascr.* spoliaret) *A*: spoliaret *U* 79–84 *sic transponebat Leo* 83, 84, 79, 80, 81, 82 79 haec *scripsi*: et *ARU*: *quod Leo defendit ex titulis*: heu *Schwabe* malis (*suprascr.* rabidis) *A* est *post* repente *addunt ARU, quod omisi cum Iac. Pontano ed.* 1628 *Haupt* 79 *post* 80 *traiciebat* 82 pertimuit (*suprascr.* muisse) *A*: pertimuisse latrones (*suprascr.* atus) *U* 84 et (*suprascr.* e) *A* uoto interuertere *Sillig*: uotorum uertere *ARU*: notorum *Barthius*: lucrorum *Haupt*: donorum *Baehrens*: auertere *Scaliger* 85 modo (*suprascr.* mala) *A* 86 dixerat *ARU, h. e. indixerat amatoribus*: uixerat *Scaliger* atque *ARU*: uixit eratque *Haupt* 87 merito rumore *Loensis*: meritorum more *ARU* 88 *sic ARU*: palam Paphiae *Ganzenmueller*: Palaephatia—papyrus *Ald.* 1517, *et sic Philippus*

quidquid et ut quisque est tali de clade locutus,
somnia sunt: potius liceat notescere Cirin,
atque unam ex multis Scyllam non esse puellis.
quare, quae cantus meditanti mittere certos
magna mihi cupido tribuistis praemia, diuae
Pierides, quarum castos aluaria postis
munere saepe meo inficiunt, foribusque hyacinthi
deponunt flores aut suaue rubens narcissus
aut crocus alternā coniungens lilia calta,
sparsaque liminibus floret rosa, nunc age, diuae,
praecipue nostro nunc aspirate labori
atque nouum aeterno praetexite honore uolumen.
  Sunt Pandioniis uicinae sedibus urbes
Actaeos inter collis et candida Thesei
purpureis late ridentia litora conchis,
quarum non ulli fama concedere digna
stat Megara †Actaei quondam munita labore
Alcathoi Phoebique; deus namque adfuit illi;
unde etiam citharae uoces imitatus acutas

Phasianinus qui Palaephatum primus edidit et Parrhasius in Claudianum p. 269. *Cf. I. Schraderi* Palaephatea, *ibique quae attulit Diels* 89 quidquid *U*: quicquid *RA* quisquam (*om.* est) *U* 90 somnia sunt *Heinsius*: omnia sunt *AU*: omne suam *R*: omne sinam *Unger* cyrim *A*: crein *U*: crini *ed.* 1482 92 quare et *U*: quare (*suprascr.* et) *A* certos *U*: cetos *A*: caecos *R*: coeptos *Ribbeck*[2]: rectos *Bury* 93 magna nimis *U*: magnam hi *R*: magna// (*suprascr.* nimis) *A* cupido (*suprascr.* dis) tribuisti (*suprascr.* tis) *A*: cupidis tribuisti *U* diua *ARU* 94 aluaria (*sc. apum*) *Unger*: altaria *ARU*: alabastria *Bergk*: calparia *Haupt*: aliparia *Minton Warren*: pultaria *Bury* 95 floribusque *AR* 98 luminibus *U* flores (*suprascr.* t) *U* agite *R*: agite *A* age *ed.* 1507 102 actheos *A* 103 later/ *A*: lateri *R quod ex iteratis litteris* ri *ortum uidetur* 104 ulli] nulli *ARU* 105 acthei *RA*: actei *U*: Argei *Heinsius*: Alcathoi *uulg. cf. Theogn.* 773, 4 munita] mutata *ARU*: murata *ego olim, cum id uocabulum R. Y. Tyrrell satis probabiliter restituisset Ciceroni Att.* IV. 16. 7 106 alcatoae (*suprascr.* h) *R*: alchatoe *A*: Alcathoi *Ald.* 1517 decus *ARU*: Phoebi usque decus: namque *Unger* 107 imitatus *u. d. Obseruatt.* II. 319: imitantur *AU*

saepe lapis recrepat Cyllenia murmura pulsus
et ueterem sonitu Phoebi testatur amorem.
hanc urbem ante alios qui tunc florebat in armis
fecerat infestam populator remige Minos,
hospitio quod se Nisi Polyidos auito
Carpathium fugiens et flumina Caeratea
texerat. hunc bello repetens Gortynius heros
Attica Cretaea sternebat rura sagitta.
sed neque tunc ciuis neque tunc rex ipse ueretur
infesto ad muros uolitantis agmine turmas
icere et indomitas uirtute retundere mentes,
responsum quoniam satis est meminisse deorum.
nam capite ab summo regis, mirabile dictu,
†candida caesarie frondebant tempora lauro,
†et roseus medio surgebat uertice crinis.
cuius quam seruata diu natura fuisset,
tam patriam incolumem Nisi regnumque futurum,
concordes stabili firmarunt numine Parcae.

108 murmura *R* : munera *AU* pulsis *A* 109 solitū *R* : so tu (ni *suprascr.*) *A* honorem *U* 111 populata *A* minos (*suprascr.* mios) *A* 112 hospicioque senis hi(y *U*)polidosa uiro (uicto *U*) *RU et Neapolitanus* : hospicioque senis hipolisoda uiro *A* : *correxit Contarenus Var. Lect.* 8 (*Ven.* 1506) *sed* quo, *non* quod *scripto* : quod se *Heyne* : qua se *E. B. Greene in libro quo Apollonii Argonautica et Cirin Anglice expressit* (1780) 113 Carpatum (ti *suprascr.*) *R* : Carphatium *A* cerathea *AR* : ceratea *U* 114 cortinius *A* : corinthius *U* 116 tum . . . tum *Haupt* 117 uolitantes *R* : uolitanti ex *A* 118 icere *scripsi* : dicere *R et* A^1 : ducere *corr. A cum U et Neap.* : reicere *Heinsius* indomitas *AR* : indomita *U* mentes *ARU* : Martem *Heinsius* : gentes *Heinrich* ducere *Leo retinebat, uersum ratus inter* 117 *et* 118 *intercidisse, qualis potuit esse* 'nec parat armatas aduersum ex urbe cohortis' 120 ab *A* : a *U* 121 cesarie *AR* : cesaries *U et codex Laeti, et sic Leo* 121 frondebant *R* : florebant *AU* lauro *ARU fortasse uere, cum uerbis illis* tempora lauro *uersus saepius clausi reperiantur* (*Ganzenmueller*). *Olim ex coni. dederam* glauca *uel* raua, *Kreunen* larga 122 et *ARU* : at *Barthius. Exspectes potius* candida caesarie florent qua t. lauro Hic roseus m. s. u.c. 123 quam (*suprascr.* q3) *marg.* : cum *A* 124 inse *R* 125 firmarunt *ARU* : firmarant *Heyne*

ergo omnis caro residebat cura capillo,
aurea sollemni comptum quem fibula ritu
morsilis et tereti nectebant dente cicadae.
Nec uero haec uobis custodia uana fuisset,
nec fuerat, ni Scylla nouo correpta furore,
Scylla, patris miseri patriaeque inuenta sepulcrum,
o nimium cupidis Minoa inhiasset ocellis.
sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater
iratum potuit, quem nec pater atque auus idem
Iuppiter (ille etiam Poenos domitare leones,
et ualidas docuit uiris mansuescere tigris,
ille etiam diuos, homines—sed dicere magnum est),
idem tum tristis acuebat paruulus iras
Iunonis magnae, cuius (periuria diuae
olim, sed meminere diu) periura puella
non ulli licitam uiolauerat inscia sedem,
dum sacris operata deae lasciuit et extra
procedit longe matrum comitumque cateruam,

126 cano *ARU* : caro *Ald.* 1517 127 quem *Loensis, Epiphyll.* VIII. 25 : quoque *ARU* 128 corpsele (ae *R*) *AR* : corselle *U* : Mopsopio *Parrhasius* : crobylus et *Loensis* : Cecropiae et *Scaliger* : morsilis *scripsi* (morsu habilem *iam Unger*). *Mai Class. Auct.* VIII. 362 Morsatilis ad mordendum habilis, quod et morsilis dicitur. p. 338 Mordeo inde hic morsus, us et hic morsellus, li, et hic et haec morsilis et hoc le i. quod aptum est ad mordendum nectebant *R* : nectabant *A* : nectebat *U* 129 uobis *ARU* : urbis *Heinsius* 130 fuerat *ARU*, *cf. Quintil.* X. 1. 120 'adiecisset enim, atque adiciebat' : ruerat *Ribbeck* ni] nisi *AU* : in *R* correpta *Ascensius in Comment. ed.* 1507 : concepta *ARU* 132 o *ARU* : heu *Maehly* : *fort.* a Minoa *Lachmann ad Lucret.* III. 374 : si non *ARU* : Minon *Buecheler* : Minona *ipse conieceram* 134 idem 'quia Iuppiter eum ex filia genuit' *Ascensius in ed.* 1507 136 rabidas *Heyne* uires *R* (*et suprascr.* uictas) *A* : uictas *U* tigres *U* 137 homines] omnes *Heinsius* 138 cum *RU* : tum (*suprascr.* cum) *A* tristis *R* : superis *U* : tristis (*suprascr.* superis) *A* : *fort.* turpis 139 *parenthesin statui cum* periuria *ad sequens* periura *aperte referatur. Probauit Ganzenmueller* 140 sed *scripsi et sic ed. Ven.* 1492 : se *ARU* : si *Sillig* : di *uel* sat *Ribbeck* : in se *Vollmer* puelle *RU* : puellae *A* 141 nonnulli *ARU* : non ulli *ed.* 1507 licitam *Unger* : lictam *Chigianus* : liceat *ARU* : nulli neclectam *Stadtmueller* 143 caterua *ARU* : cateruam *ed. Ascens.* 1507 : cateruas *Baehrens*

suspensam gaudens in corpore ludere uestem
et tumidos agitante sinus aquilone relaxans.
necdum etiam castos gustauerat ignis honores,
necdum sollemni lymphā perfusa sacerdos
pallentis foliis caput exornarat oliuae,
cum lapsa e manibus fugit pila, quoque relapsa est,
procurrit uirgo. quod uti ne prodita ludo
auratam gracili soluisses corpore pallam!
omnia quae retinere gradum cursusque morari
possent, o tecum uellem tua semper haberes!
non umquam uiolata manu sacraria diuae
iurando infelix nequiquam iure piasses.
etsi quis nocuisse tibi periuria credat?
causa pia est: timuit fratri te ostendere Iuno.
at leuis ille deus, cui semper ad ulciscendum
quaeritur ex omni uerborum iniuria dicto,
aurea fulgenti depromens tela pharetra
(heu nimium †terret, nimium tirintia uisu†)

160 *Aen.* 5. 501

146 agitauerat *U*: gustauerat (*suprascr.* agitauerat) *A* 148 Pal^{ra}lantis A^1 exornarat *U*: exornat (*sic*) *A*: exornat *R* 149 lapsa e *U*: lapse *AR* cumque *ARU*: quoque *Unger* relapsa est *Heinsius*: relapsę *AU*: relapse *R*: ea lapsa est *Maehly*: elapsa est *Ribbeck*: *f.* relata est 150 quod (*suprascr.* quo) *A*: quo *U* 151 auratam *Fr. Iacobs*: aurea iam *ARU*: aureolam *Housman* soluisses *Barthius*: soluisset *ARU* 153 uelem (l *suprascr.*) *R* tua tegmina *Stadtmueller*: tunc, semper *Housman* 154 non numquam *A* manu *U*: manus *AR* 155 iurando *ARU*: urendo . . . tura *Sillig*: intrando *Unger* nequiquam *Ribbeck*: nequicquam *AR* iure *Barthius*: iura *ARU* 156 et *ARU*: set *Schwabe*: at *Ribbeck*: etsi quis . . . credat? *Buecheler* 157 *an* causa patet? 158 ad ulciscendum *Ald.* 1517: adolescendum *R*, *et* t *suprascr.* *A*: adolescentum *U*. *Cf. Schol. Arateorum Germanici p.* 87 *Breysig* 'dum tempus ad ulciscendum se ostenderet' 159 dicto *ARU*: dictu *Helmstadtiensis quod recepit Leo*: facto *Maehly*: uerbo atque i. facto *Haupt* 161 terret (*suprascr.* tereti) nimium tirītia uisu (*suprascr.* iussu) *A*: terret nimium tiricia uisu *R*: tereti n. tirynthia iussu *U*: *pro* terret *uel* tereti *coniecerunt* certo *uir doctus ap. Schraderum*: certa et *Keil*:

uirginis in tenera defixerat omnia mente.
  Quae simul ac uenis hausit sitientibus ignem
et ualidum penitus concepit in ossa furorem,
saeua uelut gelidis Edonum Bistonis oris
ictaue barbarico Cybeles antistita buxo,
infelix uirgo tota bacchatur in urbe,
non storace Idaeo fraglantis picta capillos,
coccina non teneris pedibus Sicyonia seruans,
non niueo retinens bacata monilia collo.
multum illi incerto trepidant uestigia cursu.
saepe redit patrios ascendere perdita muros
aeriasque facit causam se uisere turris;
saepe etiam tristis uoluens in nocte querelas
sedibus ex altis †caeli speculatur amorem,
castraque prospectat crebris lucentia flammis.
nulla colum nouit, carum non respicit aurum,
non arguta sonant tenui psalteria chorda,

tenui *Ellis* : *pro* tirītia *Scaliger* torrentia, *Barthius* Gortynia, *nescio quis apud Schraderum* ferientia, *Keil* terrentia, *Unger* temerantia, *Stadtmueller* uibrantia, *Ellis* intereuntia : h. n. certo. n. Tirynthia, nisu *Ganzenmueller, tamquam Amor certo nisu et Herculis certas sagittas imitante Scyllam perculerit* : heu n. teritur, n. corytus in usu est *ego olim American Journal of Philology* VIII. *p.* 7   162 in tenera *codex Laeti* (*Vat.* 3255) : interea *AR*   defixit acumina *Heinsius*   165 gelidi sydonum *AR* : gelidis Edonum *Constantius Fanensis Hecatostyos c.* 81 (1508)   oris *Const. Fanensis* : honores *ARU ex* horis *ut uidetur corruptum*   168 storace] '*lege* styrace' *Loensis* VIII. 26   ide(a)e *AR*   flagrantis *A*   picta *ARU* : tincta *Schrader, Fr. Iacobs*   169 coccina *Baehrens* : cognita *ARU*   Sicyonia *Const. Fanensis Hec.* 80 : sic omnia *ARU*   seruas *R*   170 retines *R*   baccata *A* : bacchata *R*   171 multo *R*   172 perdita *corrector Helmstadtiensis et sic ex coni. Dousae patris uir doctus Obseruatt.* II. 319 (1732) : prodita *ARU*   173 turres *ARU*   175 caeli *RU* : celi *A*   amorem *ARU* : honorem *Unger, ut de stellis dixerit cf.* 218. *Pro* caeli *coniecerunt* secum *uir doctus Obseruatt.* II. 319, tecti *Heyne*, Celei *Hertzberg, de templo Cereris interpretans quod ad Kerata, in confinio Atticae, Celeus exstruxerat*, ex aulae celsis *Haupt*, uel sic *Leo*, caeli s. in orbem *Ribbeck*

non Libyco molles plauduntur pectine telae.
nullus in ore rubor: ubi enim rubor, obstat amori.
atque ubi nulla malis reperit solacia tantis,
tabidulamque uidet labi per uiscera mortem,
quo uocat ire dolor, subigunt quo tendere fata,
fertur et horribili praeceps impellitur oestro,
ut patris a demens crinem de uertice caesum
furtimque arguto detonsum mitteret hosti.
namque haec condicio miserae proponitur una,
siue illa ignorans—quis non bonus omnia malit
credere, quam tanto sceleris damnare puellam?—
heu tamen infelix: quid enim imprudentia prodest?
Nise pater, cui direpta crudeliter urbe
uix erit una super sedes in turribus altis,
fessus ubi exstructo possis considere nido,
tu quoque auis moriere: dabit tibi filia poenas.
gaudete o celeres, subnisae nubibus altis,
quae mare, quae uiridis siluas lucosque sonantis
incolitis, gaudete, uagi laris ante uolucres,

180 *fort.* ubi non rubor obstat amori? 185 ah *AR* demum (*suprascr.* demens) *A* : demens *R* caesum *scripsi* : serum *R quod tutatus est Vollmer tamquam senis de uertice* : serum (*suprascr.* uet) *A* : seruet *U* : ferret *ed.* 1501 : sectum *Helmst. m. sec.* : sacrum *Sillig* 186 furtim atque *U*: furtim atque argute *Vollmer*: furtiua *Forbiger* *Inter 185 et 186 Leo uersum ratus est excidisse, qui talis esse potuerit* splendentem appet-ret, foedus sibi pacta nefandum 187 miserae proponitur *Ald.* 1517 : nisi creptę ponitur *R* : msi (? in si) ereptae ponitur (*suprascr.* rapto op.) *A* : nisi rapto opponitur *U*: Niseidi *Heinsius* : deceptae *Sillig.* *Ganzenmueller contulit Catull.* XCIX. 15 'poenam misero proponis amori' 189 tanto sceleris *scripsi* : tanto scelere *ARU* : tanto sceleri *Barthius* : tanti sceleris *ed.* 1501 190 heu] tu *u. d. Obseruatt.* II. 321 *quod ad uocatiuum* Nise pater *referebat* imprudentia *U*: prudentia *AR* 191 quoi *A* : cum quo *U* rapta *U* 192 erat *U* 193 consedere (*suprascr.* scen) *A* : consedere *R* : conscendere *U* 194 tuque *A* metuere *G. Hermann* tum quoque auis metuere *Ribbeck* 195 sub nisae *R*: subnixae *AU* 197 uagi laris ante] *scripsi*: uagae laudate *R* : uagae laudate (*suprascr.* blandeque) *A*. *Volucres uagae ante nec certam sedem tenentes, cum se eis Scylla adiunxerit, non iam uagabuntur.*

uosque adeo humanos mutatae corporis artus,
uos o crudeli fatorum lege, puellae
Dauliades, gaudete: uenit carissima uobis
cognatos augens reges numerumque suorum
Ciris et ipse pater. uos o pulcherrima quondam
corpora, caeruleas praeuertite in aethera nubes,
qua nouus ad superum sedes haliaetos et qua
candida concessos ascendat Ciris honores.
Iamque adeo dulci deuinctus lumina somno
Nisus erat, uigilumque procul custodia primis
excubias foribus studio iactabat inani,
cum furtim tacito descendens Scylla cubili
auribus arrectis nocturna silentia temptat
et pressis tenuem singultibus aera captat.
tum suspensa leuans digitis uestigia primis
progreditur ferroque manus armata bidenti
euolat: at demptae subita in formidine uires:
caeruleas sua furta prius testatur ad umbras.
nam qua se ad patrium tendebat semita limen,
uestibulo in thalami paulum remoratur et alte

208 *Ecl.* 2. 5

198 uosque (*suprascr.* us) *A*: usque *U* humanos *AR*: humani *U* imitate (*suprascr.* mutate) *A* 199 crudeli *Ald.* 1517: crudeles *AR*: crudelis *U* 200 gaudete *Scaliger*: crudele *ARU* nobis *R* 201 sororum *Barthius* 202 Cyris *AR* 203 preuertite *U*: peruertite *R*: peruertite (*suprascr.* pre) *A* 204 haliaetos *scripsi et hic et* 528, 536, *cf. Eurip. fr.* 636 *Nauck*[2]: haliaeetus *Loensis* VIII. 26: chalceius *U*: calcheius *AR* et a qua (*suprascr.* et qua) *A* 205 ascendat *ARU*: ascendit *ex* -dis *Corsinianus*, *idemque coni. Schwabe*: ascendet *Haupt*: accedat *Loensis* VIII. 26 206 deuictus *AU*: deuinctus *ed. Ascens.* 1507 207 primas *Lindenbruchius* 210 arectis *Neapolitanus*: erectis *R*: erectis (*suprascr.* a) *A* 213 progreditur *Schwabe*: egreditur *ARU* uidenti *R*: bipenni *Baehrens* 214 aut (*suprascr.* at) *A*: aut *R*: at *U* 216 lumen *A*[1] 217 remoratus *R*: remoratus (*suprascr.* ur) *A*, *sed* -us *in* -as *ut uidetur mutato* alti *R et A*, *sed hic ut quod nunc est* i *prius aliud fuerit*: altum *U*: alte *Hertzberg*

suspicit ad gelidi nutantia sidera mundi,
non accepta piis promittens munera diuis.
 Quam simul Ogygii–Phoenicis filia Carme
surgere sensit anus, sonitum nam fecerat illi
marmoreo aeratus stridens in limine cardo,
corripit extemplo fessam languore puellam,
et simul 'o nobis sacrum caput' inquit 'alumna,
non tibi nequiquam uiridis per uiscera pallor
aegrotas tenui suffundit sanguine uenas,
nec leuis hoc faceres, neque enim pote, cura subegit,
aut fallor: quod ut o potius, Ramnusia, fallar!
nam qua te causa nec dulcis pocula Bacchi
nec grauidos Cereris dicam contingere fetus?
qua causa ad patrium solam uigilare cubile,
tempore quo fessas mortalia pectora curas,
quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus?
dic age nunc miserae saltem, quod saepe petenti
iurabas nihil esse mihi, cum maesta parentis

228 *Aen.* 10. 631

218 gelidi *scripsi*: cęli *AR*: celsi *Scaliger* mutantia *R*: nictantia *Scaliger* 219 pie *E. B. Greene* 221 somnum *U quod uerum potest esse si pro* fecerat *scribas* uicerat 222 marmore *A*: marmorea *R* $\overset{c}{\text{t}}$ardo *U*. *Inter* 222 *et* 223 *uersum intercidisse ratus est Leo* 224 simul o *U*: famul o (*suprascr.* simul) *A*: famulo *R* alumna *ARU idque malebat Naeke Dir. p.* 123 225 nequiquam *Ribbeck*: nec quicquam *R*: ne quicquam *A* 226 aegrotas *AR*: aegroto *U*: aegroto tenuis *Ribbeck* suffudit *U* 227 faceres *uulg.*: faceret *ARU* *post* faceret neque enim pote *Leo sic supplebat* causa: medullis fixa imis mentem miserae tibi cura 228 aut *R et A*, *sed hic ut* h *postea praefigeretur*: haud *U* quod ut o *Schrader*: quod te *AU et Corsinianus*: quod . . . *R*: quoduta, u *postea in* i *correcta*, *Helmst.*: quod ut a *Baehrens* fallar *Iunt.*: fallor *RU*: fallor (*suprascr.* fallit) *A* nec leuis hoc faceret, neque enim pote, cura: subegit, aut fallor, quod ut o potius, Ramnusia, fallar! *Sillig* ut Ramnusia *nominatiuus sit qui ad* subegit *referatur* 229 que (*suprascr.* qua) *A*: quę *R* 231 qua *ed. Ascens.* 1507: que *AR* sola in *AR sed hic ut* in *cum* uigilare *cohaereret*, *an* solam inuigilare? 234 quod *ARU*: quae *Baehrens* 235 mihi *ARU*, *sed misere languet* cum *ARU*: cur *cod. Laeti et corrector Helmst.*, *et sic edidit Ribbeck*

formosos circum uirgo morerere capillos.
ei mihi, ne furor ille tuos inuaserit artus,
ille Arabae Myrrhae quondam qui cepit ocellos,
ut scelere infando (quod nec sinat Adrastea)
laedere utrumque uno studeas errore parentem!
quod si alio quouis animi iactaris amore,
(nam te iactari, non est Amathusia nostri
tam rudis ut nullo possim cognoscere signo,)
si concessus amor noto te macerat igne:
per tibi Dictynae praesentia numina iuro,
prima deum dulcem mihi te quae donat alumnam,
omnia me potius digna atque indigna laborum
milia uisuram, quam te tam tristibus istis
sordibus et scora patior tabescere tali.'
  Haec loquitur, mollique ut se uelarat amictu,
frigidulam iniecta circumdat ueste puellam,
quae prius in tenui fuerat succincta crocota.

236 morerere *ARU*: morere *Corsinianus*: remorere *ed. Paris.* 1501 237 ei *Ribbeck*: hei *ARU* 238 arabea (*suprascr.* arabis) *A*: arab(a)e *R*: arabis *U* 239 nec *ARU* ne *Schenkl* sinat *Loensis* VIII. 26: sinit *ARU*, *quod retinuit Ribbeck* Adrastea *om. R* 240 una *A* parentum *ex* parentem *U* 241 quouis alio *R et A m. pr.* animi *Haupt*: animis *R*: animo *AU*: animum *Scaliger* amorem *A*: amorem *R* 242 nam *U*: nec *AR fortasse uere, si Aeschyleo more garrit nutrix* amathisia *AR* 244 sin *U* igne *ARU* 245 dict^{y}innae *U*: dictime *A*: *om. R* Dictynae *scribendum esse docuit Wilamowitz-Moellendorff*: *cp. Skutsch Aus Vergils Fruehzeit, p.* 78 246 p. deum quae dulce mihi te donat a. *ARU*: *quod retinebat Vollmer parenthesin faciens* (dulce mihi): prima decus *Schrader sed cf. uersus quos attulit Loensis ex Charis.* IV. 254 'Luna deum quae sola uides periuria uulgi, Seu Cretaea magis seu tu Dictyna uocaris' 247 laborum (*suprascr.* laturam) *A*: laturam *U*: *an ex* relatu? *cf. Aen.* IX. 595: *et sic coni. Domitius Calderinus* 249 scora *scripsi h. e.* scoria, *cf.* scaurarius: scoria *AU*: morbo R: scabre *Scaliger*: foria *Reinesius*: carie *Barthius*: senio *Ribbeck ex Misc. Obseruatt.* IV. 323: spurca . . . tabi *ego olim* 250 uelarat *Heyne*: uelauit *ARU*: euelauit *uir doctus in Misc. Obseruatt.* IV. 323 252 ut *pro* in *U* crocota *Scaliger*: corona *ARU*.

dulcia deinde genis rorantibus oscula figens
persequitur miserae causas exquirere tabis,
nec tamen ante ullas patitur sibi reddere uoces,
marmoreum tremebunda pedem quam rettulit intra.
illa autem 'quid *enim* me' inquit 'nutricula torques?
quid tantum properas nostros nouisse furores?
non ego consueto mortalibus uror amore,
nec mihi notorum deflectunt lumina uultus,
nec genitor cordi est: ultro namque odimus omnis.
nil amat hic animus, nutrix, quod oportet amari,
in quo falsa tamen lateat pietatis imago,
sed media ex acie mediisque ex hostibus. heu heu
quid dicam, quoue aegra malum hoc exordiar ore?
dicam equidem, quoniam tu me quid dicere, nutrix,
non sinis? extremum hoc munus morientis habeto.
ille, uides, nostris qui moenibus assidet hostis,
quem pater ipse deum sceptri donauit honore,
cui Parcae tribuere nec ullo uulnere laedi,
(dicendum est, frustra circum uehor omnia uerbis)
ille mea, ille idem oppugnat praecordia Minos.
quod per te diuum crebros testamur amores,
perque tuum memori ductum mihi pectus alumnae,

267 *Ecl.* 8. 60

253 fingens *R* 254 persequitur *ed.* 1507: prosequitur *AR* tabis *u. d. Obseruatt.* II. 321: talis *R*: tales *U*, *A corr.* 256 quem (*suprascr.* quam) *A*: quem *R* retulit *A* 257 quid enim me (? quid me, inquit, enim) *scripsi*: quod me inquit nutricula *R*: quid me (*suprascr.* nunc) i. n. *A*: quid nunc me inquit *U*: quid me inquit io *Heinsius*, *Haupt*: quid sic me inquit *Leo* 262 par sit *pro* oportet *Lachmann ad Lucr.* I. 778 amari *ex* amare *A* 263 in] nil *Heyne* 264 mediis (*om.* que) *AU* heu *U* 265 aegra *Baehrens*: agam *AR*: ausa *Sillig* 266 tu me quid d. *scripsi*: quid re
tum non diceret *A* (*sic*): tu non d. *R*: quid non tibi *U*: quid me tibi *ed.* 1507: tibi me non dicere *Schenkl*, *Ribbeck*: tu me non dicere *Baehrens* 270 qui *U* tribuere (*suprascr.* tribuunt) *A* ullo] *f.* uno 271 est *om. U* 273 per te *AR*: te per *uulg.* testamur *R*: testatur (*suprascr.* obtestor) *A* 274 memoris *ARU* auctum *R* et (*suprascr.* haustum) *A*: memori haustum *Scaliger*: sanctum *Sillig*: suctum *Haupt*: ductum *scripsi*

ut me si seruare potes, nec perdere malis.
sin autem optatae spes est incisa salutis,
ne mihi quam merui inuideas, nutricula, mortem.
nam nisi te nobis malus o malus, optima Carme,
ante hunc conspectum casusue deusue tulisset,
aut ferro hoc' (aperit ferrum quod ueste latebat)
'purpureum patris dempsissem uertice crinem,
aut mihi praesenti peperissem uulnere letum.'
  Vix haec ediderat cum clade exterrita tristi
intonsos multo deturpat puluere crinis
et grauiter questu Carme complorat anili.
'o mihi nunc iterum crudelis reddite Minos,
o iterum nostrae Minos inimice senectae,
semper *ut* aut olim natae te propter eundem,
aut Amor insanae luctum portauit alumnae!
ten ego tam longe capta atque auecta nequiui,
tam graue seruitium, tam duros passa labores,
effugere, o bis iam exitium crudele meorum?
iam iam nec nobis aequo senioribus ullum
uiuere uti cupiam uiuit genus. ut quid ego amens

280 *Aen.* 6. 406

275 uersa re petis (*suprascr.* potes) *A* : uersa repetis *R* : uersare potes *U* : *correxit Ascensius ed.* 1507 nec *ARU*, *cf. Arist. Nub.* 1177 νῦν οὖν ὅπως σώσεις μ', ἐπεὶ κἀπώλεσας 277 ne *ed.* 1507 : nec *ARU* *quod retinebat Vollmer* inuideas *U* : inuideris *AR* 278 si *U* malus a malus *Baehrens* 279 ante hunc *ARU* : ante in *Drakenborchius ad Sil.* II. 31 280 operit *R* 283 tristi *ed. Ascens.* 1507 : tristis *ARU* 284 intonsos] incomptos *Heinsius* : incanos *Schenkl* : *fort.* intortos, *h. e. crispos* crinis *Corsinianus* : crines *ARU*

288 ut *add. Schrader* semper aut *R* : semper & aut *A* : semper et aut *U Chigianus* : *in R + adiectum est in dextro margine, quod indicio est aliquid excidisse* : semperne *Bothe* nata o te *U Chig.* eundem (*suprascr.* v) *A* 289 lectum *A* : letum *R* : luctum *U cum Helmst.* *num* fletum? *cf. Cul.* 140 290 ten *scripsi* : tene *ARU* longo (*suprascr.* e) *A* rapta *Schenkl* aduecta *R* : ad uecta *A* : auecta *U* 292 o bis iam exitium *Housman* : obsistam exitium (-tum *U*) *ARU* : exitium ut sistam *ego olim* 293 aequo *Haupt* : ea que (quae *U*) *AU* : caque *R* : aeui *Heinsius* 294 uiuere uti cupiam *Sillig* : uiuendi copiam *ARU* : *num* uisere si cupiam? ut quid

te erepta, o Britomarti, meae spes una salutis,
te, Britomarti, diem potui producere uitae?
atque utinam celeri ne tantum grata Dianae
uenatus esses uirgo sectata uirorum,
Gnosia neu Partho contendens spicula cornu
Dictaeas ageres ad gramina nota capellas!
numquam tam obnixe fugiens Minois amores
praeceps aerii specula de montis *ibi* isses
unde alii fugisse ferunt, et numen Aphaeae
uirginis assignant, alii, quo notior esses,
Dictynam dixere tuo de nomine Lunam.
sint haec uera uelim: mihi certe, nata, peristi:
numquam ego te summo uolitantem uertice montis
Hyrcanos inter comites agmenque ferarum
conspiciam nec te redeuntem amplexa tenebo.
uerum haec tum nobis grauia atque indigna fuere

302 *Ecl.* 8. 59

(quod *R*) *ARU.* *Vide Woelfflin in Archiv. Lexicographiae Latinae anni* 1887, *p.* 617 ego] eo *R* 295 te erepto brit (h) o mortem (marte) est (a) (sepulchri) spes una salutis *A*: te erepto britho mortē ei spes una salutis *R*: + *adiecto in dextro marg.*: te erepta *Chigianus* 296 te brithe (*suprascr.* o) morte (*suprascr.* a) *A*: te brithe morte *R* + *habet in dextro marg. R* 297 cereri *U* ne *Ald.*: nec *ARU* 299 gnossia *R* neufario *U*: naupharto *RA*: naupacto *Chigianus*: neu Partho *Ald.* 1517: nec Partho *Haupt*: *cf. Ecl.* X. 59 'libet Partho torquere Cydonia cornu spicula': *an* Gnosias hau Phario? Φαραί, πόλις Κρήτης (*Steph. Byz.*) 300 puellas (*suprascr.* capellas) *A*: puellas *R*: capellas *U* 301 fugiens *AR*: fugeres *U cum Neapolitano* minoris *AR*: minoos *Neapol.*: o minos *U* 302 montis ibi isses *scripsi*: montibus isses *ARU*: montis abisses *Scaliger*: m. obisses *Sillig*: m. iisses *Haupt* 303 et *om. R*, *relicto spatio cum punctis, et A m. pr. quamquam id adiectum habet supra lineam* numen Aphaeae *Loensis* VIII. 26, *Leopardus, et ante ambos Parrhasius qui et* Rhoccae *ex Aeliani H. A.* XII. 22 *coni.* *Hesych.* Ἀφαία· ἡ Δικτύννα (? Δίκτυννα) καὶ Ἄρτεμις: numina phoce *ARU* 305 Dyctimam *ex* Dyctmam *A* 306 sint *A*: sunt *R*: sin *ed. Ven.* 1500 perisses *U* 308 Hyrcanos] *fort.* Hyrtacios *Steph. B.* Ὑρτακός, ἢ καὶ Ὑρτακῖνος, πόλις Κρήτης. *Inscript. Gortynia* (*Halbherr & Comparetti* 1889, p. 32) Ἐλύριοι Ὑρτακίνιοι 310 tum *U*: tunc *AR* nobis *ARU*

tum, mea alumna, tui cum spes integra maneret,
et uox ista meas nondum uiolauerat auris.
ten etiam fortuna mihi crudelis ademit,
ten, *quae* sola meae uiuendi causa senectae?
saepe tuo dulci nequiquam capta sopore,
cum premeret natura, mori me uelle negaui,
ut tibi Corycio glomerarem flammea luto.
quo nunc me, infelix, aut quae me fata reseruant?
an nescis, qua lege patris de uertice summo
edita candentis praetexat purpura canos,
quae tenuis patrio praes sit suspensa capillo?
si nescis, aliquam possum sperare salutem,
inscia quandoquidem scelus es commenta nefandum.
sin est quod metuo, per te, mea alumna, tuumque
expertum multis miserae mihi rebus amorem,
perdere saeua precor per flumina *te* Ilythyiae,
ne tantum †in facinus tam nulla mente sequaris.
non ego te incepto, fieri quod non pote, conor
flectere amore, neque est cum dis contendere nostrum;

311 tum *ARU* tui (*suprascr.* tibi) *A* : tibi *R* maneret *ARU*: manebat *Heinsius* 312 et *U* : nec *AR quod Buecheler retinebat* 313 ten *scripsi* : tene *A*: te *R* 314 tene *ARU* quae *scripsi* : o *U* : *om.* *AR* 315 nec quicquam *AR* 318 aut quae *U* : aut quo *AR* numina seruant *U* ad quae me numina seruant? *u. d. Obseruatt.* II. 322. *Sed uere traditum esse* fata reseruant *ostendunt Aen.* IV. 368, V. 625 *quos locos idem u. d. attulit* 320 cadentes *A* pretexerat *R* 321 praes sit *scripsi* : prçsit *R*: pressit *AU*: spes sit *ed.* 1507 323 commenta *scripsi* : cantanda (*suprascr.* conata) *A* : esca tentanda *R* : es conata *Ascensius in ed.* 1507 324 per te mea *Gronouius ad Liu.* XXIX. 18. 9 : per me tu (*suprascr.* mea) *A* : ꝑ metuo ꝑ me tu *R* : per me mea *U* per te, m. a., meumque expertum multis miserae tibi r. a. *E. B. Greene* 326 perdere saeua (scaeua *R*) *ARU quod cum Schenklio et Ribbeckio retinui* : per te sacra *Scaliger* flumina *RU* : fluminā ∧ o lythie *marg.* sacra *A* : elythiae *R* per flumina te Ilythyiae *Walz* : per fl. Lethaeea *Salmasius* : per flumina te Lethaei *ego olim* : per lumina *Sillig, Ribbeck* 327 ne *U et Loensis Epiphyll.* VIII. 26 : nec *AR* nulla (*suprascr.* molli) *A* : nulla *R* : molli *U* 329 amore neque est *Ald.* 1534 : amor nec sit *AR* : amor neque sit *U* : *codicum lectionem tuiti sunt Naeke ad Dir. p.* 312 '*Apostrophe est ad Amorem*' *et u. d. Obseruatt.* II. 322, *hic quidem de Scylla, Carmes deliciis, interpretans*

sed patris incolumi potius denubere regno
atque aliquos tamen esse uelis tibi, alumna, penatis:
hoc unum exitio docta atque experta monebo.
quod si non alia poteris ratione parentem
flectere (sed poteris: quid enim non unica possis?)
tu potius tamen ista, pio cum iure licebit,
cum facti causam tempusque doloris habebis,
tunc potius conata tua atque incepta referto,
meque deosque tibi comites, mea alumna, futuros
polliceor: nihil est, quod texitur ordine, longum.'
His ubi sollicitos animi releuauerat aestus
uocibus et blanda pectus spe luserat aegrum,
paulatim tremebunda genis obducere uestem
uirginis et placidam tenebris captare quietem,
inuerso bibulum restinguens lumen oliuo,
incipit, ad crebros*que* insani pectoris ictus
ferre manum, assiduis mulcens praecordia palmis.
noctem illam sic maesta super morientis alumnae
frigidulos cubito subnisa pependit ocellos.
Postera lux ubi laeta diem mortalibus almum,
et gelida (uenientis enim) quatiebat ab Oeta

330 denubere *R*: denubere (*suprascr.* te nubere) *A* 331 uelim *u. d. Misc. Obseruatt.* IV. 327 332 exilio *Baehrens, secutus Misc. Obseruatt.* IV. 327 335 tu (tunc *U*) potius tamen ipsa *ARU*: tum *Haupt* ista *u. d. ubi supra* 336 tempus causamque *A, sed adiectis notis inuertendi*: *f.* facti tempus causamque doloris 337 tunc *ARU*: tum *Haupt* tua *R*: tue (*suprascr.* tuo) *A*: tuo *U* incepta *ed. Caesaraugustana* 1513: incerta *ARU* 338 deosque *U*: deos *RA* *fort.* meque deos tibi tum c. m. a. daturam polliceor 339 nichil est quod texitur ordine longum *excerpta cod. Paris.* 7647 *et* 17903 texuit *R*: texat in *U*: texuit (*suprascr.* texat in) *A* quod texas ordine *Naeke Dir. p.* 137 340 hic *AR*: hic *U*: his *ed. Colon.* 1545 releuauerat] *in A posterior manus* i *suprascripsit* 341 iusserat (*suprascr.* uiserat) *A*: iusserat *R*: uiserat *U*: uicerat *Iuntina*: uinxerat *Ald.* 1517: luserat *Ald.* 1534 343 aptare *Sillig*: lactare *Kreunen* 344 restinguens *Corsinianus*: restringuens *Chig.*: restringens *AR* 345 que *om. ARU* 348 subnisa *scripsi*: subnixa *codd.* 350 gelida *R*, geliada *A m. pr., post correctum in* gelido: gelido

quem pauidae alternis fugitant optantque puellae,
Hesperium uitant, optant ardescere Eoum,
praeceptis paret uirgo nutricis et omnis
undique conquirit nubendi sedula causas.
temptantur patriae summissis uocibus aures,
laudanturque nouae pacis bona: multus inepto
uirginis insolitae sermo nouus errat in ore.
nunc tremere instantis belli certamina dicit,
communemque timere deum; nunc regis amicis,
iamque ipsi uerita est: orbum flet maesta parentem,
cum Ioue communis qui non dat habere nepotes.
nunc etiam conficta dolo mendacia turpi
inuenit et diuum terret formidine ciuis.
nunc alia ex aliis (nec desunt) omina quaerit.
quin etiam castos ausa est corrumpere uates,
ut, cum caesa pio cecidisset uictima ferro,

U Chig. uenientis enim *scripsi, h. e. lux enim fuit uenientis, non abeuntis diei, cf. G.* II. 508 'hunc plausus hiantem per cuneos (geminatus enim plebisque patrumque) corripuit': ueniente mihi *R*: ueniente mihi (*suprascr.* mane) *A*: ueniente mane *U Chig.*: ueniens mani *ed.* 1507: u. flammam *Wakefield*: uenientem ignem *Haupt* 351 obstantque (*suprascr.* optant) *A*: abstantque *R* 352 eoum *Heinsius ad hunc locum, Bentleius ad Callimachi fragm. Hecales* 52 *αὐτοὶ μὲν φιλέουσ' αὐτοὶ δέ τε πεφρίκασιν, Ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀποστυγέουσιν Ἑῷον*: *cf. uersus Cinnae* 'Te matutinus flentem conspexit Eous et flentem paulo uidit post Hesperus idem': solem *AU*: *in R spatium est cum punctis. Plin. H. N.* II. 36 'Praeueniens quippe et ante matutinum exoriens luciferi nomen accipit ut sol alter diemque maturans' 355 temptatus *R*: temptantur *ex* temptatus *A* patrie *ex* proprie *A*: proprię *R* 356 que *om. Chig.* nouae *scripsi*: bonae *ARU Chig.* inempte *A*: inempte *R*: inepto *U*: inepte *Leo* 357 insolito *Pithoeus*: insolitę (e *A*) *RA Leo* nouus *suspectum*: *an* sermunculus? 360 namque ipsi (ipsa *A*[1], ipso *U*) ueritas est (uerita et *U*) *ARU*: iamque *Haupt fort.* ueritast orbum (*suprascr.* orbari) *A* 361 qui non dat habere *scripsi* (cui non datum *Unger*): qui non habuere *R*: quim (*suprascr.* qui quondam) habuere *A*: qui quondam habuere *U* parentes (*suprascr.* nepotes) *A*: quem par sit habere *Haupt*: qui nolit *Ribbeck*: qui mittat auere *Baehrens*: cui non placuere n. *Kroll* 362 confecta *ARU* 364 omnia *RU* querunt *ARU*: querit *ex* querunt *Helmst.* 366 ut *Ald.* 1517: et *ARU*

esset qui generum Minoa auctoribus extis
iungere et ancipitis suaderet tollere pugnas.
At nutrix patula componens sulpura testa
narcissum casiamque herbas contundit olentis,
terque nouena ligans triplici diuersa colore
fila, 'ter in gremium mecum' inquit 'despue, uirgo,
despue ter uirgo: numero deus impare gaudet.'
inde Ioui magno geminans furialia sacra,
sacra nec Idaeis anubus nec cognita Grais,
pergit, Amyclaeo spargens altaria thallo,
regis Iolciacis animum defigere uotis.
uerum ubi nulla mouet stabilem fallacia Nisum,
nec possunt homines nec possunt flectere diui,
(tanta est in paruo fiducia crine cauendi)
rursus ad inceptum sociam se iungit alumnae,
purpureumque parat rursus tondere capillum,
tam longo quod iam captat succurrere amori.
non minus illa tamen Rhauci quod moenia crescant,

370 *Ecl.* 2. 11 371 *Ecl.* 8. 73

367 esset *Sillig* : et sit *R* : et (*suprascr.* ut) sint *A* : ut sint *U* : essent *Ald.* 1517 minora *Neap.* : *f.* Minona estis (*suprascr.* extis) *A* 368 suaderet *AR* : suaderent *U* 369 sulpura *scripsi* : sulphura *A* 370 incendit *AU* 371 ligans *Ribbeck* : ligant *AR* : ligat *U* 374 inde magno geminat ioui *AR* : hinc magno generata Ioui *U* : inde I. geminat magno *Ald.* 1517 : hinc magico uenerata *Scaliger* : inde mago geminata *Ribbeck* : inde agno uenerata Iouis *Maehly* furialia *Bothe* : frigidula *ARU* : stygialia *Scaliger* : *num* Phlegethontia? inde Ioui Stygio geminat dum frigida sacra *Ganzenmueller* 375 ideis *ARU* : Aeaeis *Heinsius* anubus *Ribbeck* : senibus *AR* : auibus *U* 376 *sic U* : perdit *RA* : tergit *Chigianus fortasse recte* amicleos pergens (*suprascr.* spargens) *A* : amicleos pergens *R* talo *AR* 377 defigere *U* : defugere *AR* 380 cauendi *ex* cauendum *U* : *u. d. Obseruatt.* II. 323 *malebat* parentem *uel* pauenti 381 iungit *AR* : adiungit *U* 383 cum longe (longe *suprascr.* o *A*, longo *U*) *ARU* : tam longo *Heyne* : tam lento *Kreunen* : *Vollmer putabat* cum longo quod . . . non minus *sic strui ut* cum quod . . . tum quod quod iam] quoniam *Iuntina* 384 Rhauci *ego et Unger*, *cf. Steph. Byz.* Ῥαῦκος πόλις ἐν μεσογείῳ τῆς Κρήτης, *Inscriptio Gortynensis* (*Halbherr & Comparetti* 1889) Γορτύνιοι Κνώσιοι Φαίστιοι Λύττιοι Ῥαύκιοι : rauci *R* : reuchi *U* : rauci (*suprascr.* reuchi) *A* crescant] restant *Unger* : Cressa *Schrader* : reuehi quod moenia Rhauci gaudeat *Ribbeck*[2]

gaudeat, et cineri patria est iucunda sepulto.
  Ergo †metu capiti Scylla est inimica paterno:
tum coma Sidonio florens deciditur ostro,
tum capitur Megara et diuum responsa probantur,
tum suspensa nouo ritu de nauibus altis
per mare caeruleum trahitur Niseia uirgo.
complures illam nymphae mirantur in undis,
miratur pater Oceanus et candida Tethys
et cupidas secum rapiens Galatea sorores.
illa etiam iunctis magnum quae piscibus aequor
et glauco bipedum curru metitur equorum,
Leucothea, paruusque dea cum matre Palaemon,
illi etiam alternas sortiti uiuere luces,
cara Iouis suboles, magnum Iouis incrementum,
Tyndaridae niueos mirantur uirginis artus.
has adeo uoces atque haec lamenta per auras
fluctibus in mediis questu uoluebat inani,
ad caelum infelix ardentia lumina tendens,
lumina, nam teneras arcebant uincula plantas:
'supprimite o paulum turbati flamina uenti,
dum queror et diuos, quamquam nil testibus illis
profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
uos ego, uos adeo, uenti, testabor, et aurae,

394, 5 *G.* 4. 388, 9   398 *Ecl.* 4. 49
402, 3 *Aen.* 2. 405, 6   405, 6 *Ecl.* 8. 19, 20

385 gaudebat: cineri *Bothe*   386 metu *ARU*: iterum *Heinsius*: *f.* manu, *cf. Stat. Theb.* III. 566   capitis *AR*: capiti *U*   387 tum *U*: tunc *AR*   sidonia (*suprascr.* o) *A*   deceditur *R*: deceditur (*suprascr.* succiditur) *A*: succiditur *U*   392 Tethys *ed.* 1507: thetis *ARU*   394 illa *AU*: illam *R teste SillIgio, Heinsius*   quae *U*: quoque *AR*   395 *post hunc u. sequuntur in U* 464–531 Cypselide . . . fuisset, *dein* 396–463   396 Leucothea *R*: Leuchothea (*suprascr.* oe) *A*   397 illi *AR*: illi *ex* illa *ut uidetur U*: illam *Heinsius addito* et *ante* niueos   alternas] *Ascensius* 'sortiti sunt alternatim uiuendo et moriendo': eternos *R*: ęthernos *A*   lucos *R*: lucos (*suprascr.* ces) *A*   399 Tyndaride *U*: Tyndarides (Tin- *A*) *RA*   402 tollens *U*   404 turbati *AR*: turbata o *U*: turbantia *Maehly, et sic Ascensius* 'flatus uestros nos turbantes'   405 queros *R*

uos, †o numantina† si qui de gente uenitis,
cernitis? illa ego sum cognato sanguine uobis,
Scylla (quod o salua liceat te dicere, Procne)
illa ego sum, Nisi pollentis filia quondam,
certatim ex omni petiit quam Graecia regno,
qua curuus terras amplectitur Hellespontus.
illa ego sum, Minos, sacrato foedere coniunx
dicta tibi: tamen haec etsi non accipis, audis.
uinctane tam magni tranabo gurgitis undas?
uincta tot assiduas pendebo ex ordine luces?
non equidem me alio possum contendere dignam
supplicio, quod sic patriam carosque penatis
hostibus immitique addixi ignara tyranno.
uerum istaec, Minos, illos scelerata putaui,
si nostra ante aliquis nudasset foedera casus,
facturos, quorum direptis moenibus urbis
o ego crudelis flamma delubra petiui.
te uero uictore prius uel sidera cursus
mutatura suos quam te mihi talia captae
facturum metui. iam iam scelus omnia uincit.
ten ego plus patrio dilexi perdita regno?
ten ego? nec mirum; uultu decepta puella

408 *sic AR*: uos o numentina *U*: uos o mantina *Chigianus*: uos Odomantina *Ribbeck*: *num* horum antiqua? *an* Pallantina? *Apollodor.* iii. 15. Πανδίονι δὲ ἐν Μεγάροις ὄντι παῖδες ἐγένοντο Αἰγεὺς Πάλλας Νῖσος Λύκος, *cf. Schol. Hippolyti* 1200 *Excidisse uersum, qui potuit talis esse* vos o ⟨qui ponti, colitis qui caerula caeli; uos uos⟩ humana si qui de gente uenitis, *credidit Leo* 409 cernitis? *scripsi*: uos . . . cernitis. illa ego sum *uulg.* 410 414 *om. U* 410 te (*suprascr.* tibi) *A*: mihi *Scaliger* 413 quam curiuis e terris (*suprascr.* terras) *A*: quam curuus terris *R*: qua curuus terras *codex Laeti*: *fort.* incuruans terras *Hellespontum pro Aegaeo uidetur posuisse, cf. Nairn in Cl. Rev.* 1899, *p.* 436 415 aspicis *Heinsius* 416 uictane *R* 419 quam quod *pro* quod sic *U* 420 adduxi (*suprascr.* addixi *A*): aduxi *R* ignara] ignaua *uel* ingrata *Heinsius*: gnara *Maehly* 421 istaec *Schrader*: est h(a)ec *ARU* illo *A* (s *suprascr.*): illo *R* 422 *num* aliqui? 424 flamma *RU*: flammis *A* 426 mihi *om. R* captae] *fort.* pactae 427 fatorum *R*: fatorum (*suprascr.* facturum) *A*

ut uidi, ut perii, ut me malus abstulit error.
non equidem ex isto speraui corpore posse
tale malum nasci, formae quae sidere fallor.
me non deliciis commouit regia diues,
curalio *diues* fragili et lacrimoso electro,
me non florentes aequali corpore nymphae,
non metus incendens potuit retinere deorum.
omnia uicit amor: quid enim non uinceret ille?
non mihi iam pingui sudabunt tempora myrrha,
pronuba nec castos accendet pinus honores,
nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro.
magna queror: ne tu illa quidem communis alumna
omnibus iniecta, tellus, tumulabis harena.
men inter matres ancillarisque maritas,
men alias inter famularum munere fungi,
coniugis atque tuae, quaecumque erit illa, beatae

430 *Ecl.* 8. 41 437 *Ecl.* 10. 69

432 forma uel sydera (*suprascr.* re) fallor *A*: forma uel sydere fallor *RU*: formae uel sidere falli *u. d. Obseruatt.* II. *p.* 323, *ut* falli *penderet ex* speraui: formaque et sidere fallor *E. B. Greene*: forma uel sidera fallas *Haupt*: formae leue sidere falli *ego olim* 433 deliciis *U*: delectis *R supra rasuram, ut mihi uisum est*: delectis (*suprascr.* delitiis) *A* 434 curalio *Ribbeck*: corrallo *A*: corallo *R* diues *addidi*: *om. ARU* et lacrymoso (lacrimoso *R*) electro *AR, sed in A* mouit *additum est supra lineam*: et lachrimoso mouit electro *U*: diues curalio fragili et l. electro *Ribbeck ex Ald.* 1517: curalio fr. aut e. lacrimoso *Haupt* 436 incendes *R*: incendens (*suprascr.* incensam) *A*: inpendens *Leo.* 437 uicit *Helmstadtiensis*: uincit *AR* 438 mirta *R* 439 dascos *R*: dascos (*suprascr.* castos) *A*: *an* faustos? accendet *ex* accendit *A*: incendit *R* spinus *Leopardus ap. Loensem* odores *Helmst.* *In fine uersus* + *additum est in R* 441 magna] vana *Heinsius* *Sed recte Ganzenmueller contulit* parua queror *A. A.* II. 631, *Met.* II. 214: parua *Housman* nec et *R*: nec et (*suprascr.* tu) *A*: nec ut *U*: ne tu *ego, idque recepit Ribbeck* alumna *ARU, quod retinui ut sit i. q. nutrix*: alumnam *Heinsius* 442 tumulabis *scripsi*: tumulabit *U et codex Laeti*: cumulabit *AR* 443 men *scripsi*: mene *ARU* ancillarisque *Sillig*: ancillarique *R*: ancillarumque *AU* maritas *R*: marinas (*suprascr.* cateruas) *A* 444 *om. U*: moenalias *AR*: mene alias *Aldina* 1534: men auias *Housman*: *fort.* men famulas 445 beatae *AR*: beata (*ex* beate) *U, quod malebat Naeke Dir. p.* 407 *ut multo elegantius*

non licuit grauidos penso deuoluere fusos?
at belli saltem captiuam lege necasses!
iam fessae tandem fugiunt de corpore uires,
et caput inflexa lentum ceruice recumbit,
marmorea adductis liuescunt bracchia nodis.
aequorei pristes, immania corpora ponti,
undique conueniunt, et glauco in gurgite circum
uerbere caudarum atque oris minitantur hiatu.
iam tandem casus hominum, iam respice, Minos!
sit satis hoc, tantum Scyllam uidisse malorum.
uel fato fuerit nobis haec debita pestis,
uel casu incerto, merita uel denique culpa:
omnia nam potius quam te fecisse putabo.'
  Labitur interea resoluta ab litore classis,
magna repentino sinuantur lintea coro.
flectitur in uiridi remus sale, languida fessae
uirginis in cursu moritur querimonia longo.
deserit angustis inclusum faucibus Isthmon,
Cypselidae magni florentia regna Corinthi;
praeterit abruptas Scironis protinus arces,
infestumque suis dirae testudinis exit
spelaeum, multoque cruentas hospite cautes.

448 fesso *Schrader* 450 liuescunt *Heinsius et u. d. Obseruatt.* II. *p.* 324: labescunt *RA*: labascunt *U*: adductisque labascunt, *ed. Paris.* 1500: tabescunt *Schrader* 451 aequorei *AR*: aequoreae *U* pristes *Barthius* 1608: pistres *Corsinianus*: pisces *R, et suprascr.* pestes *A*: *cf. Gronouii Obseruatt.* I. 17 minantia *R*: immania *U*: minancia (*suprascr.* inmania) *A* 453 uerbere *ed.* 1507: uerbera *ARU* 454 *ab hoc uersu incipit B(ruxellensis) saec.* xii. *Eius codicis in summo fol.* 71b *praefixa sunt* '*đ ī uirg .s. euch. dc ĕ ī lib cirris. hic est*' *quae uerba ex scripturae compendiis obscuriora interpretatus est Traube in Duemmleri Poet. Latin. aeui Carolini,* III. *p.* 152 455 Scyllam *Haupt*: solam *BU*: sola *AR* 457 incerto *Scaliger*: in cepto *B*: incepto *AU*: incoepto *R* 458 fecisse *B*: lesisse *U*: legisse (*suprascr.* lesisse) *A* 459 resoluta *Heinsius*: reuoluta *BARU* ab *BU*: a *AR* 460 lintea *ex* littora *B* 463 desirit *B* isthmon *BU*: istmon *A* 464 Cypselide *U*: Cypseide *R*: Cipseide *BA* 465 Scironis *B*: Chironis *ARU*

iamque adeo tutum longe Piraeea cernit,
et notas †secum heu frustra respectat Athenas.
iam procul e fluctu Salaminia respicit arua
florentisque uidet iam Cycladas: hinc †uenus illi
†sinius, hinc statio contra patet Hermionea.
linquitur ante alias longe gratissima Delos
Nereidum matri et Neptuno Aegaeo.
prospicit incinctam spumanti litore Cythnum,
marmoreamque Paron, uiridemque adlapsa Donysam,
†Aeginamque simul †salutiferamque Seriphum.
fertur et incertis iactatur ad omnia uentis,
cumba uelut, magnas sequitur cum paruula classis,
Afer et hiberno bacchatur in aequore turbo.
donec tale decus formae uexarier undis

474 *Aen.* 3. 74 476 *Aen.* 3. 125, 6

468 pireia *ex* pier ida *B*: pirreia *AR* 469 secum heu *ARU*: eheu *B* Athenas *B*: harenas *AR*: et notas aequi heu f. r. Ath. *Unger* 470 salaminia *ex* salamina *B*: -s alia minos *R*: Salaminos *Sillig* respicit *BA*: aspicit *R*: *num* prospicit? 471 uenus illi (*suprascr.* strophadasque) *A*: Ceus *Heyne*: sinus *Haupt*: uetus *Hertzberg*: Venus *Leo tamquam respexerit* τὴν Κωλιάδα: *fort.* genus *quo uocabulo Herodoteum illud* IV. 99 *τὸν γουνὸν τὸν Σουνιακόν significari potuit, ut γουνόν genu interpretatus sit, ad prominentiam referens Attici litoris.* genus *masculini generis usurpatum a Lucilio testatur Nonius* 207 472 sinius *B*: summus *R*: hinc summus (*suprascr.* sinus) *A*, *sed* hinc et sinus *posterius uidentur accessisse*: Sunion *Heyne*: Sunius *Haupt*: Sunias *Leo* petet (*suprascr.* patet) *A*, *sed* petet *in* patet *mutato*: petit *R* her/monea (i *suprascr.*) *B*: hermiona *ARU* 474 agęo *B* 475 Cythnum *Loensis* VIII. 26: cyntum *AR*: cinthum *B* 476 uiridimque (e *suprascr.*) *B* adlapsa *BU*: allapsa *A* donisam *BU*: donissam *AR* 477 Aeginam *BARU*: Aegylam *Lucas Holstenius ad Steph. B. p.* 102 *contra metrum*: Aegiliam *Heyne*, *Steph. B. s. u.* Αἰγιλία· *ἐστὶ καὶ νῆσος μεταξὺ* Κρήτης *καὶ* Πελοποννήσου Αἰγιάλεια (Αἴγιλα *Meineke*) Aegiliam (*uel* Aegialen) Sicinonque *H. F. Tozer* salutiferamque *BR*: salutiferamque (*suprascr.* sementiferamque) *A*: sementiferamque *U*: serpentiferamque *Scaliger*: serpulliferamque *Schenkl*: sarmentiferamque *R. C. Jebb*: *fort.* saliunciferamque Seriphum *BU*: Seri(y *R*)phon *AR* 478 ad omnia: *de hac locutione disseruit Leo ad Cul.* 168 479 cumba *B*: cimba *AR* 480 Affer *BA* 481 uexarier *B*: uexauit et *AR* undis *B*: aegros *R*: egros *A*: aegram *U*: Aegon (*h. e. deus Aegaei maris*) *Hertzberg*, *cf. Val. Fl.* I.

non tulit ac miseros mutauit uirginis artus
caeruleo pollens coniunx Neptunia regno.
sed tamen aeternum squamis uestire puellam
infidosque inter teneram committere pisces
non statuit (nimium est auidum pecus Amphitrites):
aeriis potius sublimem sustulit alis,
esset ut in terris facti de nomine Ciris,
Ciris Amyclaeo formosior ansere Ledae.
hic uelut in niueo tenera est cum primitus ouo
effigies animantis et internodia membris
imperfecta nouo fluitant concreta calore,
sic liquido Scyllae circumfusum aequore corpus
semiferi incertis etiam nunc partibus artus
undique mutabant atque undique mutabantur.
oris honos primum et multis optata labella
et patulae frontis species concrescere in unum
coepere et gracili mentum producere rostro.
tum qua se medium capitis discrimen agebat,
ecce repente uelut patrios imitatus honores
puniceam concussit apex in uertice cristam,
at mollis uarios intexens pluma colores
marmoreum uolucri uestiuit tegmine corpus,
lentaque perpetuas fuderunt bracchia pennas.

629, IV. 715. *Stat. Theb.* V. 56, 88 : auris *Baehrens* : euro *Bury* : *credo latere glossam Anglicam* ēgor, ēogor, *quod est genus fluctus* (*A. S. Napier, Old English Glosses, Oxford*, 1900) 484 aeternum *Kreunen* : alternat *Leo* : eternam *B* : externam *AR* : *num* hesternam ? *h. e. quae heri puella fuit* sqamis *B, sed* q *et* m *super rasuram* : squammis *R* 485 tenerā *ex* teneras *B* 486 nimium *ex* minimum *B* 490 tenere *B* : tener est *AR* : tenera est *Haupt* : *fort.* teneraest primitus (*suprascr.* protinus) *A* 491 animantur *B* 492 imperfecta *ARU* inperfecta *B* 493 liquido cille *B* : liquidos scille (syllę *R*) *AR* 494 partibus *BARU* 495 mutabantur *pr. B, nunc habet* mutabuntur : mutabatur *U* 496 et *om. U* multi *B* 498 *rasura prius fuerat ubi nunc est* rostro *in B* 499 quasi *B* 500 uelud *B* imitatur *U* 501 purpuream *U* : puniceam (*suprascr.* purpuream) *A* 502 mollis (*suprascr.* membris) *A* : membris *U et sic* '*ex V. E.*' *Barthius ed.* 1608 503 mansurum *U* : marmoreum (*suprascr.* mansurum) *A* tecmine *B* 504 funderunt *BR* pinnas *B*

inde alias partes minioque infecta rubenti
crura nouam maciesque obduxit squalida pellem,
et pedibus teneris unguis adfixit acutos.
et tamen hoc demum miserae succurrere pacto
uix fuerat placida Neptuni coniuge dignum.
numquam illam post haec oculi uidere suorum
purpureas flauo retinentem uertice uittas,
non thalamus Syrio fraglans accepit amomo,
nullae illam sedes: quid enim cum sedibus illi?
quae simul ut sese cano de gurgite uelox
cum sonitu ad caelum stridentibus extulit alis
et multum late dispersit in aequora rorem,
infelix uirgo nequiquam *a* morte recepta
incultum solis in rupibus exigit aeuum,
rupibus et scopulis et litoribus desertis.
nec tamen hoc ipsum poena sine: namque deum rex
omnia qui imperio terrarum milia uersat,
commotus talem ad superos uolitare puellam,
cum pater exstinctus caeca sub nocte lateret,
illi pro pietate sua (nam saepe uigentum

506 *sic scripsi*: nouamque (nouatique *R*) aciem *ARU*: nouamque acies *B*: noua macies o. s. pelli *Pithoeus in marg. Epigrammatiorum, probatus a Lachmanno Lucr. p.* 425: nouam macies o. s. pellem *Sillig* pellem *BRU*: pellem (*suprascr.* lis) *A* 508 at *Loensis* VIII. 26 miserere *A* sucurrere *B* 509 placide *AR* 510 illum *B* posthac *U*: posthec (*suprascr.* a) *A* 511 flauo *B et ed. Colon.* 1545: saluo *ARU Sillig* renitentem *B* 512 tirio *B*: tyrio *ARU*: Syrio *Ascensius ex Ecl.* iv. 25 fraglans *scripsi*: flagrans *BAR*: fragrans *U* 513 illam *ex* illum *B* cum *Heinsius*: iam *BARU* illi *B et sic ex coni. Heinsius*: illis *AR*: *fort.* quid iam cum s. illi? 517 nequiquam *B solus* a *add. Ald.* 1534. '*It seems to mean* a morte seruata, *and perhaps it should be* a morte recepta' *u. d. Obseru.* II. 324: '*aut* morte recepta · *i* · *suscepta*' *Ascensius* 520 ipsum *marg. B, Loensis* VIII. 26: iterum *BARU quod retinebat Vollmer, cum uel post metamorphosin a patre haliaeto ciris iterum urgeatur* pēna *A* 521 *spurium habebat Heyne* stellarum *Baehrens* terrarum milia multa *Lucretium dixisse* IV. 412 *monuit Schenkl* 522 tamen *Corsinianus* superos *ARU et marg. B*: celum *B* 523 *fort.* iaceret 524 uigentum *scripsi*: uidemus *BARU*: nitentum *ed.* 1507

sanguine taurorum supplex resperserat aras,
saepe deum largo decorarat munere sedes)
reddidit optatam mutato corpore uitam,
fecitque in terris haliaetos ales ut esset:
quippe aquilis semper gaudet deus ille coruscis.
huic uero miserae, quoniam damnata deorum
iudicio †natique et coniugis ante fuisset,
infesti apposuit odium crudele parentis.
namque ut in aetherio signorum munere praestans,
unum quem duplici stellarum sidere uidi,
Scorpios alternis clarum fugat Oriona;
sic inter sese tristis haliaetos iras
et ciris memori seruant ad saecula fato.
quacumque illa leuem fugiens secat aethera pennis,
ecce inimicus atrox magno stridore per auras
insequitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras,
illa leuem fugiens raptim secat aethera pennis.

538–41 *G.* I. 406–9

525 respexerat *B* aras *R* : auras *B* : auras (*suprascr.* aras) *A* 526 largo decorarat *B* : longo decorauit *AR* sedes *corr. ex* sedem *A* 528 haliaetos *scripsi* : halietos *BU* 529 aliis *marg.* aquilis *B* : aliquis (*suprascr.* aquilis) *A* choruscis *B* : corusc(ch *A*)us *ARU* 530 uero *B* : ero *R* : ero (*suprascr.* uero) *A* damnata *B* : iam nacta *R* : iam nacta (*suprascr.* nata) *A* 531 iuidicio *B* : iudicio *RU* : inditio *A* nāq; *marg.* natique *B* : natique *ARU quod retinebat Vollmer, ut de Minoe dictum* : patrisque *Heyne* : patriaeque *Sillig* : fatique *E. B. Greene* : pactique *ego* : pactique ea *Housman* 532 apposuit *Sillig* : apposuitque *BARU* *Hunc u. respexisse credo scriptorem libelli de nominibus utensilium* (*Bodl. cod. Rawlinson G.* 99, p. 4) 'nisus alietus cirri prepeti infestus' 533 iamque (*suprascr.* namque) *A* : iamque *U* ut in *B* : utinam *ARU* munere *BARU* : lumine *Schrader* : limite *Housman* 534 stellatum *Iuntina* sydere *R* : munere *AU* : i^{n}uere *potius B* 535 Scorpios *B* : Scorpius *ARU* fugant *AR* 536 se////// se *B eraso uocabulo quod legere non potui* alietos *B* : aliethos *A* in *ante* iras *add. ARU, non B* 537 ciris *B* : cyricis *R* : ciricis (*suprascr.* ciris) *A* sedula *R et A m. pr.* facto *AR* 538 aera *AR* 540 uisus *prius B* 541 aera *AR*

P. VIRGILII MARONIS CYRIS FINIT :—*caeruleis litteris R, nulla subscriptio* in *BAU*

SIGLA CODICVM

{ *B* =	Bembinus, Vat. 3252	saec. ix }
{ *F* =	Bodl. Auct. F. I. 17	xiv }
E =	Paris. 8093 ad meos usus collatus ab H. Omont	xi
M =	Mellicensis collatus a Carolo Schenkl	x–xi
S =	Stabulense fragmentum, Paris. 17,177 fol. 103[a] et [b]	xi
P =	Paris. 16236	xi
V =	Vat. 2759	xiii
{ *G* =	Paris. 8207	xiii }
{ Γ =	Harl. 2534	xiii }
d =	Bodl. Digb. 100	xiv
c =	Bodl. Add. A. 163	xv
h =	Harl. 2695	xv
Cat. =	Catanensis	xv

Interdum adhibui Traguriensem (nunc Paris. 7989) et in nonnullis locis Telleriano-Remensem (Paris. 7936) saec. xiii–xiv unde quaedam excerpta misit ad me H. Omont. Est ubi et alios citaui, Ribbeckii Monacenses et Vindobonensem I, Bodl. Canon. Misc. 41, Canon. Lat. 55, Musei Britannici Harl. 2701, Burneianum 272, Add. 16562.

IAM nox hibernas bis quinque peregerat horas
excubitorque diem cantu praedixerat ales,
Simylus exigui cultor cum rusticus agri,
tristia uenturae metuens ieiunia lucis,
membra leuat uili sensim demissa grabato
sollicitaque manu tenebras explorat inertis
uestigatque focum, laesus quem denique sensit.
paruulus exusto remanebat stipite fumus
et cinis obductae celabat lumina prunae.
admouet his pronam summissa fronte lucernam
et producit acu stuppas umore carentis,
excitat et crebris languentem flatibus ignem.
tandem concepto, sed uix, fulgore recedit,
oppositaque manu lumen defendit ab aura,

PUBLII UIRGILII MARONIS EGLOGA DE ROSIS FINIT EIUSDEM MARONIS MORETUM FELICIT INCIP *B* INCIPIT VIRGILII MARONIS MORETVM *S* VIRGILII MARONIS MORETVM INCIPIT *MP* P. Virgilii Maronis Moreti carmen incipit fauste *Cat.*

2 prędixerant *B* 3 Symilus *BE*: Similus *MPS*: Simulus *G Cat.* 5 uili sensim *BMPS*: sensim uili *Cat.* demissa *M m. sec.* e *super* i *scripta*: dimissa *BFPSE* grabatto *BMPS* 6 inertis *BF Cat.*: inertes *MPS* 7 focom *P* l(a)esus qui d. *BFSE d*: quem d. *Vh Trag.*: quem lesus d. *PG* sentit *Trag. G* 8 exhausto Γ (us) fomes *Scaliger, quod recepit Ribbeck* 10 admouet *B*, *sed* u *super rasuram* summissa *BMPS*: submissa *G* fronte *om. S* 11 stupas *BEFG*Γ umore *P*: humore *BFMSE et plerique* carentis *Cat. Trag.*: carentes*BEMPS*Γ*G* 12 *uocabuli* languentem *litteras* unte (e) *in rasura habet M* 13 sed uix *Buecheler*: sed lux *BFMPSEG*Γ *Tell. d* tenebrae . . . recedunt *Trag. V et corr. B* fulcore *B*[1]*E* recedere *E* se lux f. recepit *Scaliger*

et reserat plausa quae pervidet ostia claui.
fusus erat terra frumenti pauper aceruus:
hinc sibi depromit, quantum mensura patebat,
quae bis in octonas excurrit pondere libras.
  Inde abit adsistitque molae parvaque tabella,
quam fixam paries illos seruabat in usus,
lumina fida locat. geminos tum ueste lacertos
liberat et cinctus uillosae tegmine caprae
peruerrit cauda silices gremiumque molarum.
aduocat inde manus operi, partitus utrimque:
laeua ministerio, dextra est intenta labori.
haec rotat assiduum gyris et concitat orbem,
tunsa Ceres silicum rapido decurrit ab ictu.
interdum fessae succedit laeua sorori
alternatque vices. modo rustica carmina cantat
agrestique suum solatur uoce laborem,
interdum clamat Scybalen. erat unica custos,
Afra genus, tota patriam testante figura,
torta comam labroque tumens et fusca colore,

15 clausae (claue *G* : clausa *Tell. Trag. Cat. h* : camere *d*) quae (qua *P* : quae *B*) peruidet (praeuidet *Tell. cdh*) ostia (hostia *Tell. VG*Γ *Cat. d*) clauis (claui *Trag.* clausis *marg.*, clauis *Tell.*) *codd.* plausa *scripsi, h. e. cum sonitu immissa. Pro* clausae *coni.* casulae *Scaliger* : cellae *Barthius* : caute *Wakefield* : clausum *Baehrens* : clausam *Ribbeck* 16 terras *S* : terre *G* : terre uel terra Γ 17 petebat *MP* : paetebat *E* 18 quae *B* bifido octonas (octenas *P*) *P et M m. pr. sed m. sec.* ido *erasit et* in *supra scripsit* octanas (o *suprascr.*) *F* occurrit *Cat.* : exiret *h* 19 ads. *BS* : ass. *M*Γ*G Cat.* habit adstititque *P* 20 fixam *om. Cat.* 21 fida] sida *B* tunc *codd.* : tum *Sillig* 22 tergore *MPG* 23 peruerrit *EMPS* : per uerrit *B* : preuerrit Γ*h Ribb.* : preuertit *G Tell* gremiumque molarum *BFMPSEG* : geminumque molarem *Tell. et sic coni. Heyne* 24 ad uocat *B* partus *S* utrimque *BEF Ribb.* : utrique *MPV* : utramque *d* : utraque Γ*G* : utrumque *Cat. Trag. sed* '*melius* utrasque' *marg. Trag.* *om. S* 26 haec *B* ads. *BSE* : ass. *MP*Γ*G* : assiduis *Trag. Cat.* 27 tunsa *MG* : tonsa *BFSE*Γ : tusa *P* : trita *Trag. Cat.* 28, 31 inter dum *B* laua *B m. pr.* : leua *corr. B* 29 cantant (t *suprascr.*) *B* 31 scybalen *BPSE* : scibalen *F* : cybelen Γ *m. pr.* : cybalen *corr.* Γ*G* 32 patrium tota *P* : patriam tota *M* 33 calore *BE*[1]

pectore lata, iacens mammis, compressior aluo,
cruribus exilis, spatiosa prodiga planta.
[continuis rimis calcanea scissa rigebant.]
hanc vocat atque arsura focis imponere ligna
imperat et flamma gelidos adolere liquores.
  Postquam impleuit opus iustum uersatile finem,
transfert inde manu fusas in cribra farinas
et quatit, ac remanent summo purgamina dorso.
subsidit sincera foraminibusque liquatur
emundata Ceres. leui tum protinus illam
componit tabula, tepidas super ingerit undas,
contrahit admixtas nunc frondes atque farinas:
transuersat durata manu, liquidoque coacto
interdum grumos spargit sale, iamque subactum

34 pectore *MG*: pectora *BPSE Cat.* conplessior *h* 35 exiliis *S*, *et M m. pr.*, *ut uidetur*, *nunc habet* exilis prodiga *PSG*: prodigia *BEF*: prodigia Γ: prodig/a *V qui uersum om. in textu*, *habet infra adiectum* plantae (e *h*) *M m. sec. et h*, *in quo etiam* spatiose. *Post* 35 *sequitur in Vch Traguriensi*, *non item in Telleriano*, continuis rimis calcanea scissa (fissa *h*) rigebant, *quem u. tuitus est Hertzberg*, *plerique interpolatum credunt. In B eundem manus recentior multis saeculis post exaratum codicem intulit*, *sed ut scriberet* scalcanea 37 imp. *BMG*: inp. *S* 38 imperat *BMSP* adolere] bullire *Ribbeckii Monacenses tres et Vindobonensis I* 39 opus *om. BFSE* iusto . . . fine *MP* sed p. i. iustum ~~opus~~ u. finem *V*, *ut* sed *extra lineam esset* 40 transfert *MPV*Γ*G*: transferat *BFSE*: transserit *d* inde] illa *P*, in *Cat.* manus *Cat.* Γ*G* tusas *Sillig* 41 ac *SGd*: hanc *B*: hac *M m. pr.*, *post* ac: haec *P*: et *Cat. c* 42 *hunc u. respexit scriptor de nominibus utensilium in cod. Bodl. Rawl. G.* 99, *p.* 16. 'Postmodum a mola granum constringi et dissolui et sinceratum foraminibus cribri eliquari.' sub sidit *B*: subsedit Γ*G* sincere *BEFG et corr.* Γ: scincere *d* 43 emundata *PGd Trag.*: emundata *suprascript. m. pr.* † men *M*: emendata *BEFS*. *et pr.* Γ, *sed corr.* et mundata tunc Γ *Cat.* illam *G*: illa *BFPSEM*Γ 44 comp^o^nit *B* 45 *om.* Γ*d* admixtas *BFMPSVE*: admix(s *Cat.*)tos *G Cat.* nunc *BFMPSGE*: tum *V Trag.* fontes *MG Trag.*: fontetes *Cat*: frondes *BFVPSE* admixta nuce fontes a. f. *Baehrens*, *quod recepit Ribb. ego* frondes *retinui*, *puta lauri uel similium quae farinae admiscerentur quo gratior sapor euaderet* 46 trans uersat *B* duratque *Heinsius* manus *Cat.* coacta *S*: *post* coacto *interpungebat Buecheler* 47 grumos *BFSEG*Γ: gremio *MP*: grumo *Cat. Trag. et sic Parrhasius* sub actum *B*

leuat opus, palmisque suum dilatat in orbem,
et notat impressis aequo discrimine quadris.
infert inde foco (Scybale mundauerat aptum
ante locum) testisque tegit, super aggerat ignis.
dumque suas peragit Vulcanus Vestaque partes,
Simylus interea uacua non cessat in hora,
uerum aliam sibi quaerit opem, neu sola palato
sit non grata Ceres, quas iungat comparat escas.
non illi suspensa focum carnaria iuxta,
durati sale terga suis truncique, vacabant,
traiectus medium sparto sed caseus orbem
et uetus astricti fascis pendebat anethi.
ergo aliam molitur opem sibi prouidus heros.
  Hortus erat iunctus casulae, quem uimina pauca
et calamo rediuiua leui munibat harundo,
exiguus spatio, uariis sed fertilis herbis.
nil illi derat quod pauperis exigit usus;
interdum locuples a paupere plura petebat.
nec sumptus erat illud opus, sed recula curae:

48 Mico Prosodia s. u. DILATO (116 Traube, *Poet. Latin. aeui Carolini*, III. *p.* 284)

48 opus] corpus *P* dilatit *M* 49 inpressis *BMPSE* 50 infret *S* foco Scybale *M*: focos cybale *BG*: *uerba post* focos *om. S* mundeuerat *P* 51 testis quae *B* ignem *G* 52 peragit uel peragunt Γ: peragunt *G* uastaque *P* partis *F Cat. Trag.* 53 Symilus *B*: Similus *MEPG*: Simulus *F*Γ *Cat.* 56 carnalia *pr. M* 57 uocabant *pr. Cat* 58 sparto] parco *G*Γ: sparco *Cat.* 59 astricti *MFG Cat.*: asticti Γ pendebat fassis *Cat.* aneti *MP Cat.* Γ 60 aeris *B* (*quod recentior manus in* heros *refinxit*) *SE*: eris *F*Γ, *et suprascr.* o, *V*: aeros *P*: heros *MG Trag. Cat.*: eros *d*: *disseruit de hoc loco Henry Aeneideorum* I. 491: herbis *Ribb.* *u. spurium rati sunt Ribbeck et Karsten* 61 casulae *B* 62 culmo *Heyne* redimita *VBG*Γ *Cat. Trag. d*: rediuiua *MPEFSh*: *in G supra* redimita *scriptum est* i. iterum et iterum uiuentia, *unde uidentur antiquitus confusae lectiones* redimita rediuiua *et interdum in eodem utraeque codice exaratae fuisse* harundo *BFPSGM*: (h)arundo *d* 64 derat *BEP*: deret *F* usus] edsus *pr. Monacensis* 21562: *num* esus? 65 plura] multa *Cat. Vd Trag.* 66 nec sumptus erat ullus (ullius *M*, huius (*suprascr.* illud) *Canon. Misc.* 41, illud *Trag. Harl.* 2701 *saec.*

si quando uacuum casula pluuiaeue tenebant
festaue lux, si forte labor cessabat aratri,
horti opus illud erat. uarias disponere plantas
norat et occultae committere semina terrae
uicinosque apte circa summittere riuos.
hic holus, hic late fundentes bracchia betae
fecundusque rumex maluaeque inulaeque uirebant,
hic siser et nomen capiti debentia porra,
[hic etiam nocuum capiti gelidumque papauer,]
grataque nobilium requies lactuca ciborum,
asparagi. crescitque in acumina radix,
et grauis in latum demissa cucurbita uentrem.
uerum hic non domini (quis enim contractior illo?)
sed populi prouentus erat, nonisque diebus

xv) opus sed regula curae (curtae *Cat.*) *codd.* : erat *om. Vindobonensis I Ribbeckii saec. XI et Burneianus* 272, *ubi* ullius : n. s. erat ullius *Maehly, quo recepto Ribbeck* recula *scripsit probante Buechelero* honos *Buecheler* 67 casule *c* : pluuieue (*suprascr.* que) Γ : pluuię̨ue *BES* : pluuiaeque *MPG* 68 festaue lux *SBF*Γ : festauel *P* : festa uel *corr.* uelox *M* : festaue si *om.* lux *G* cessabat *ex* cessabit *M* : *h. e.* cessauit 71 uicinos *M m. pr.*, que *post additum* apte cura *B FMPSEcd* : arte (*suprascr.* apte) cura *Cat.* : curaṭ Γ : curat *Gh* : curans *Sillig* : apta cura *Haupt* : circa *Buecheler* summittere *BMPS* : subm. *G*Γ riuos *super rasuram P* 72 olus *BEG* : locus uel olus *M* : colus *S* : locus *P* : holus Γ*F Cat.* fundantes *S* betae *om. S* : blite *Trag.* 73 fecundus (*om.* que) *G* runex Γ *nondum correctus* : runt ex *S* maluaeque *MP* : que *om. BESFG*Γ : inulę̨que *BSF* : ini(u *m*²)lę̨que *M* : milaeque *P* : maluae uiolaeque *Cat. G*Γ rubebant (*suprascr.* uire) Γ 74 cṣicer Γ : siser *PMSE* : sesir *B* : cicer *G Cat. Trag.* : siler *F Tell.* debentia *ex* tepentia *M* : tepentia *P* *Post* 74 *habent ch Traguriensis et Mus. Brit.* 16562 hic etiam nocuum capiti gelidumque papauer, *qui uersus abest ab omnibus antiquissimis* 76 rạequies Γ 77 *om. G*Γ*d Tell.* quae crescit inacumine radit *BEF* : crescitque in acumina radix *MP* : *C tantum in principio uersus omissis ceteris S. In c haec legi sed ex parte euanida* Pl ima que sic ibi surgitque in acumina radix : *num* plurimaque exit ibi surgitque i. a. r.? *Cat. Trag. et marg. B habent* plurima crescit ibi surgitque i. a. r. *quod uix potest uerum esse. Trag. uersus sic ordinat* hic olus . . . fecundusque . . . plurima . . . hic cicer . . . hic etiam nocuum 78 demissa Γ *Trag.* : dimissa *BFMPSEG* : *fortasse inuertendi erant* 77, 78 79 quiṣ enim *B* (*sic*) est *post* illo *add. Cat. Trag.* 80 profectus (*suprascr. m. pr.* t uen) *M* : profectus *P et Burn.* 272 notisque

uenalis umero fascis portabat in urbem :
inde domum cervice leuis, grauis aere redibat,
uix umquam urbani comitatus merce macelli.
caepa rubens sectique famem domat area porri,
quaeque trahunt acri uultus nasturtia morsu,
intibaque et Venerem reuocans eruca morantem.
  Tunc quoque tale aliquid meditans intrauerat hortum.
ac primum leuiter digitis tellure refossa
quattuor educit cum spissis alia fibris ;
inde comas apii gracilis rutamque rigentem
uellit et exiguo coriandra trementia filo.
haec ubi collegit, †laetum† consedit ad ignem
et clara famulam poscit mortaria uoce.
singula tum capitum nodoso †corpore† nudat

*BFMPEV*Γ *Cat. Trag. m. pr.*, *cd* : noctisque *S et corr. Trag.* : natisque *G* : nonisque *Pithoeus ex Varr. R. R.* II. i. 1 'annum ita diuiserunt ut nonis modo diebus urbanas res usurparent, reliquis septem ut rura colerent ' 81 uenales ////// fasces portabat in urbem *B sed ut erasi uocabuli spatio recentior manus inderet* holerum : uenales (h)umero *FM*Γ*GS* : uenales olerum (olorum *c*) *hc* 82 inde domum /////// leuis ///// redibat *B sed ut priore spatio* ceruice, *posteriore* grauis^{ere} *recentior manus insereret*, *cf. Ecl.* I. 35, *Colum.* X. 310 83 comitatus (-tatas *S*, -tur *F*) merce *BEFSG Trag.* : uacuus mercede (*suprascr. m. sec.* comitatus *et* de *eraso*) *M* : uacua mercede *P* 84 cạepa *B* : caepa *MPSE* areaporri (*sic*) *B* 85 nasturcia *BE*Γ*F* 86 erunca^{c} *S* 87 tunc quoque *BMPEG* : tunquoque *S* : nunc quoque *F* meditaris (*suprascr. m. pr.* n) *M* 88 hac *BSE* tellura refusa *P* : refusa, *post* refo^{s}sa *M* 89 cum spic(ẹ *S*, -cit *F*) *BFVSEcd* : cum spissis (-sit *P*) *MPG*Γ : *et hic quidem suprascr.* ł spicis ·i· spiceis *Columella* XI. 3. 20 'habet (ulpicum) uelut alium plures cohaerentes spicas.' 21 'cum ternas fibras emiserunt spicae.' *Cato R. R.* 70 'ulpici spicas III, alii spicas III' alia *S* : alea *P* : allia *BVEM* 90 grandes *S*, *quo inducto eadem manus in marg. scripsit* graciles rigentem *BPSEFc* : regentem *M* : uirentem *Cat. G*Γ*d Trag.* 91 uellet (*suprascr.* i) *B* : uellet *F et E m. pr.* filịo *B* 92 laetum *uel* letum (loetum *P*) *codd.* : lentum *h quod et coni. Heinsius* : letus *d* 94 sigula (*suprascr.* n) *B* nodosa *F* corpore *BFMPSEcdG* : cortice *h* : cortice (*suprascr.* uer) *Canon. Misc.* 41 : uertice *Trag.*

et summis spoliat coriis contemptaque passim
spargit humi atque abicit. servatum gramine bulbum
tingit aqua lapidisque cauum dimittit in orbem.
his salis inspargit micas, sale durus adesso
caseus adicitur, dictas super interit herbas,
et laeua uestem saetosa sub inguina fulcit.
dextera pistillo primum fraglantia mollit
alia, tum pariter mixto terit omnia suco.
it manus in gyrum : paulatim singula uiris
deperdunt proprias, color est e pluribus unus,
nec totus uiridis, quia lactea frusta repugnant,
nec de lacte nitens, quia tot uariatur ab herbis.
saepe uiri naris acer iaculatur apertas
spiritus et simo damnat sua prandia uultu,
saepe manu summa lacrimantia lumina terget
immeritoque furens dicit conuicia fumo.
procedebat opus : non iam salebrosus, ut ante,
sed grauior lentos ibat pistillus in orbis.
ergo Palladii guttas instillat oliui
exiguique super uiris infundit aceti,
atque iterum commiscet opus mixtumque retractat.

95 coreis *BPE* 96 abicit (*suprascr.* atque adicit) *Canon. Misc.* 41 : adicit *BFEPSG*Γ*cd Trag.* : addicit *V* : adiecit (ec *m. secunda*) *M* : *om. h* servatum gramine *codd.* : in germine *Schrader* : *num* in germina ? bullum Γ*d* : dulbum *c* 97 tinguit *BFMPSE* caui *G* dimittit *BFMSEPG Trag.* : demittit *Can. Lat.* 55, *saec.* xiv 98 inspargit *BSE* : inspergit *MPF*Γ*G* durus *ex* durius *M* adesso *scripsi* : adesto *E* : adheso *V*Γ : abheso *d* : *num* adhaeso ? *sic* cohaesus, adhaese *ap. Gell.* XV. 16. 4, V. 9 *fin.* 99 adiicitur *BM* : adicitur *PG*Γ : addicitur *FV* interit *scripsi* : *cf. Ter. Phorm.* II. 2. 4 *ibique Donatum* inserit *BFVPSE*Γ*Gh* : ingerit *ex* inserit *M* 100 uestem] testam *Karsten* setosa *BM*Γ*G* sub] subi *P* inguine *pr. S et E, non B* 101 fraglantia *M* : fragrancia (-tia *Trag.*) *Cat. Trag.* : flagrant(c Γ*G*)ia *BEFPS*Γ*dG* 105 frustra *BPG Cat. Trag. et E m. pr.* 106 que tot *d* : tot *om. F* uariantur Γ 108 simio *M* 109 terget *BFPSE*Γ*V* : tergit *Trag. G* 110 imm. *BM* : inm. *PS* conuitia *MSF* 111 non *BSE* : nec *MP Cat. Trag. Burn.* 272 tam Γ 112 grauiter *Cat. Trag.* lentos *MG*Γ*d* : lentus *BFSE Cat. Trag.* : sed grauiolentus *P* 115 recuruat *Cat. Trag. et Can. Lat.* 55 : *num* recurat ?

tum demum digitis mortaria tota duobus
circuit inque globum distantia contrahit unum,
constet ut effecti species nomenque moreti.
eruit interea Scybale quoque sedula panem:
quem tertis recipit manibus, pulsoque timore
iam famis, inque diem securus Simylus illam,
ambit crura ocreis paribus, tectusque galero
sub iuga parentis cogit lorata iuvencos,
atque agit in segetes et terrae condit aratrum.

117 circumit *B et E*[1] : circummit *P* : circumet *pr. S* : circuit *EMG*Γ *Trag.* tinque *P* conthrahit *B* 119 scybale *MP*: scibale *S* : cybale *BEG* 120 tertis *scripsi* : tercis *c*: tutus *d* : retus *BE* : retur *F*: laetus *MGS* : loetus *P*: letis Γ : lotis *Cat. Trag.* : rectis *W. Wagner, tamquam porrectis; melius interpreteris in rectum uel rectam superficiem passis* 121 in famis *BFS* symilus *BMPSE*: simulus *F*Γ *Cat. Trag.* : similus *G* 124 ^{g}ait *B*, g *recentius addita* : ait *F*. *Post* 124 *scriptos habet iterum sed inuerso ordine* 124, 123 *M*

SEPTEM IOCA IVVENALIA VIRGILII FINIVNT *B* : FINIT MORETVM VIRḠ MAROÑ *S* : P. VIRGILI MARON MORETVM FINIT *P*. MORETVM FINIT *litteris miniatis E*. Versus centum xxiiii[or] Moreti liber Virgilii pueri explicit *Trag.* : Explicit moretum Virgilii quod dicitur constare ex tribus libellis extra uolumen magni Virgilii *c* : Publii Virgili Maronis Moretum explicit Septem iuga iuuenalia publii uirgilii maronis expliciunt *F*

DIRAE

(LYDIA)

SIGLA CODICVM

B =	Bembinus Vat. 3252	saec. ix
F =	Bodl. Auct. F. 1. 17	xiv
P =	Paris. 7927	x
E =	Paris. 8093	x
Π =	consensus codicum *P* et *E*. *P* totum carmen habet, *E* omnia a u. 33	
S =	Stabulense fragm. Paris. 17177 in quo legi possunt 46–90, 91–fin. ex parte tantum	xi
M =	Mellicensis. Habet Dir. 1–44, Lyd. 20–fin.	xi
T =	Tegernseensis Naekii, nunc Monacensis 18059	xi
v =	Vat. 3269. Habet Diras et Lyd. 1–22	xv
h =	Harl. 3963 (Anglicanus Naekii)	xv
b =	Mus. Brit. 16562	scriptus anno 1400

Est ubi et alios citaui, Paris. 8069 (saec. x–xi), Treuirensem siue Augustanum Naekii, eiusdem fere aetatis ; Monacensem 21562, Mediolanensem O. 74 sup., Bodl. Can. Lat. 27, saec. xv.

Battare, cycneas repetamus carmine uoces,
diuisas iterum sedes et rura canamus,
rura quibus diras indiximus, impia uota.
ante lupos rapient haedi, uituli ante leones,
delphini fugient piscis, aquilae ante columbas,
et conuersa retro rerum discordia gliscet,
muta prius fiet, quam non mea libera auena.
montibus et siluis dicam tua facta, Lycurge,
impia. Trinacriae sterilescant gaudia uobis,
nec fecunda seni, nostris felicia rura,
semina parturiant segetes, non pascua colles,
non arbusta nouas fruges, non pampinus uuas,
ipsae non siluae frondes, non flumina montes.
Rursus et hoc iterum repetamus, Battare, carmen.

LIBELLVS QVI NOMINATVR CVLEX PVBLII VIRGILII FINIT DIRE EIVSDEM INCIPIVNT *B*, *et sic E nisi quod in hoc est* CVLEX VIRGŁ MAROÑ. *et post* EIVSDEM *additum est* MARONIS INCIPIVNT DIRE MARONIS *M in v praescriptum est carmini* Bactare cygneas tibi dixit carmine uoces Cum pater (*f.* puer) in primo luserit ore maro Hoc alit' diras confertur bactare carmen (*f.* Huc aliud diris c. b. c.) *et in paginae margine dextro, transuersa linea,* Epigrama uirgilii po.. in libello ad bactarum

1 Battare *B*: Batire *T*: Bactare *Fvb*: B *initiali magna BF* 2 diuersas *vb* 3 rura *b*: dura *BPTMv* diris *v* uoto *v* 4 rapiunt *T*: rapiant *v* uitulique *vb* 5 ny(i *b*)mbos aquilaeque *vb* 6 glisset *v* 7 muta *Barthius et Gronouius*: multa *codd.* fient *codd.*: fuerit *Gronouius et sic Canon. Lat.* 27 quam non sit mea *v* auena] fata *T* 8 fata *TP Goebbel* ligurge *Mvb*: ligurce *BP*: *post* Lycurge *interpungebat C. F. Hermann* 9 trinacryę *B* sterilescant] steriles *in litura M* gaudia] *fort.* gramina nobis *b* 10 seni, nostris *scripsi*: senis nostris *T*: senis nostri *BFMPv* 11 *fort.* semine ꝑturient *v* 13 montes] fontes *Boxhorn* 14 Rursus *initiali magna BFP* et *om. P* *num* Turpius hoc? repetamus] inpetamus *v*

effetas Cereris sulci *ab*scondatis auenas,
pallida flauescant aestu sitientia prata,
immatura cadant ramis pendentia mala:
desint et siluis frondes, et fontibus umor,
nec desit nostris deuotum carmen auenis.
haec Veneris uario florentia serta decore,
purpureo campos quae pingit lena colore,
hinc aurae dulces, hinc suauis spiritus agri,
mutent pestiferos aestus et taetra uenena.
dulcia non oculis, non auribus ulla ferantur.
sic precor et nostris superent haec carmina uotis.
  Lusibus et nostris multum cantata libellis
optima siluarum, formosis densa uirectis,
tonderis uiridis umbras, nec laeta comantis
iactabis mollis ramos inflantibus auris,
nec mihi saepe meum resonabit, Battare, carmen.
militis impia cum succaedet dextera ferro,

15 effectas *vP* sulcis *codd. et sic Goebbel*: sulci *ed. quae princeps habetur* condatis *BFMPT*: condamus *vb*: abscondatis *scripsi* 16 aestus *T et ut uidetur P* siencia *M* 18 ec siluis *v*, *nisi me fallunt oculi* frontibus *B* humor *omnes mei codices* 19 nec al. quam *v* gramen *T*: camen *M*: germen *Goebbel* 20 H *initiali magna BF*: haec *B*: nec *v*: hinc *Sillig* decorẽ *ex* decorũ *M* 21 purpurea *h*: -ream *b* pingit (tingit *v*) auena *codd.*: pingunt uerna *Heinsius*, *cf. Val. Fl. VI.* 492: amoena *Baehrens*: lena *scripsi* colorem *M m. pr.* 23 mittent *T* terra *Mv*: treta *b* 24 oculos *M m. pr.* naribus *Heinsius*, *Goebbel* forantur *BFMP* 25 et] ut *F* hic *Par.* 8069 26 L *initiali magna BF*: lusibus *Putsch*, *Sillig*: lusimus *vb*: ludimus *BFMPT*: lusimus a *uel* heu *Eskuché*: *fort.* laudibus 27 uirectis *BFMPT* *Inter* 27, 28 *Rothstein unum uersum excidisse credidit*, *post* uiridis *interpungens* 28 tonderis *Putsch*, *Naeke*: tondemus *BFT*: tundemus *P*: tondentur *M*: tu demum *vb*: tondebis *Gronouius*: fundes non *Eskuché*: *fort.* Tum demum uiridis umbras non laeta comantis Iactabis mollis ramos inflantibus auris *ut* ramos *pendeat ex participio* inflantibus. nec] non *vb* comantis *P et Augustanus* (*siue Treuirensis*) *Naekii. Canal notam interrogationis ponebat post* umbras . . . auris . . . carmen 30 N *initiali magna BF* ne *M*: hec *b* bactare *vb* *Versum Goebbel credidit unum ex decem qui fuerant superesse*, *Baehrens transponebat post* 36 31 impia cum militis *v* succedet *BFPMT*: succedit *v*: succidet *Ribbeck*

formosaeque cadent umbrae, formosior illis
ipsa cades, ueteris domini felicia ligna.
nequiquam: nostris potius deuota libellis,
ignibus aetheriis flagrabit. Iuppiter, (ipse
Iuppiter hanc aluit) cinis haec tibi fiat oportet.
Thraecis tum Boreae spirent immania uires,
Eurus agat mixtam fulua caligine nubem,
Africus immineat nimbis minitantibus imbrem,
cum tua cyaneo resplendens aethere silua
non iterum discet nec ero 'tua', Lydia, dici.
uicinae flammae rapiant ex ordine uitis,
pascantur segetes, diffusis ignibus auras

32 cadunt *BFMPT*: cadant *v*: cadent *b* 33 ipsa *Treuirensis et T*: ipse *BMPvb*: ille *F* ueteris *vb*: iteris *BFM*Π: ueris *T* domici *M* regna *T Goebbel* 34 *om. M, post* nequiquam *interpunxit Putsch* ne quiquam *BTb*: ne quicquam *FP*: nec quicquam *v* potuit *v*: toties *Wernsdorf* 35 flagrabis *Naeke*: flagrabat *v* Iupiter *bis M* *Parenthesin Wernsdorf et Naeke constituerunt* 36 coluit *v, nisi me oculi fallunt*: aluid *M*: aliud *T* haec] ec *Baehrens* tibi] a Ioue *Maehly* (*om.* haec): ibi *Ribbeck* *Manca haec credo, amissis duobus saltem uersibus, quos sic supplebam Americ. J. Philol.* VIII. 411

[deficit incassum, non perfert dextera ferrum,]
nec quidquam nostris potuit deuota libellis.
[at non Cadmeis Semele, pia cura Tonantis,]
ignibus aetheriis flagrauit? Iuppiter, (ipse
Iuppiter hanc aluit) cinis haec tibi fiat oportet.

37 Thraecis *Ribbeck*: threcis *M*Π: tracis *v* inm. *EMv* 38 Eurus *Ascensiana*[3]: purus *codd.* furua *Heinsius*: furua *uel* fusca *de Rooy Spicil. p.* 110 39 mimitantibus *P*: minantibus *v* 40 cianeo resplendes *v* 41 non iterum dicens (dices *bv*) erebo (erobo *P*: erebro *B*: crebro *Tvb*) tua lidia (lydia *T*) dixi (dixti Π: dexti *M*: dixit *B*) *codd.* Noscet iter ducens erebo tua, Lydia. Ditis *ed. Mutinensis, teste Naekio, quod receperunt Arnoldus, Naeke, Ribbeck*: Non i. dicet crebro quae Lydia dixit *M. Schmidt. Philol. VIII.* 192: Non i. discet crebro quae, Lydia, dixti *Eskuché*: Non i. dicetur: heri 'tua' Lydia dixti *ego in Cambridge J. Philol.* VIII. 72 *Post u.* 40 *lacunam statuit Reitzenstein, u.* 41 *scribit* Non i. dicens crebro quae, Lydia, dixit. *Locum sic constituit L. C. Purser* cum tu, cyaneo resplendens aethere silua, non iterum dices (crebro optima Lydia dixti) 'uicinae flammae,' etc., *ut* silua *uocatiuus sit* 43 *om. v* auras *Heinsius*: aur(a)e *codd.*: aura *Naeke*

transuolet, arboribus coniungat et ardor aristas.
pertica qua nostros metata est impia agellos,
qua nostri fines olim, cinis omnia fiat.
sic precor, et nostris superent haec carmina uotis.
  Vndae quae uestris pulsatis litora lymphis,
litora quae dulcis auras diffunditis agris,
accipite has uoces. migret Neptunus in arua
fluctibus et spissa campos perfundat harena.
qua Vulcanus agros pastus Iouis ignibus arcet,
barbara dicatur Libycae soror altera Syrtis.
  Tristius hoc, memini, †reuocasset†, Battare, carmen.
nigro multa mari dicunt portenta natare,
monstra repentinis terrentia saepe figuris,
cum subito emersere furenti corpora ponto:
haec agat infesto Neptunus caeca tridenti,
atrum conuertens aestum maris undique uentis,
et fuscum cinerem canis exhauriat undis.
dicantur mea rura ferum mare. nauta caueto

44 ardor *Scaliger, quod Naeke in Iensoniana Veneta scriptum in marg. ante annum* 1500 *inuenit* (*p.* 395): arbor *codd.* 45 *et qui secuntur ad u.* 20 *Lydiae interciderunt in M* P *initiali magna BFP* qua *Aldina* 1517: quae *codd.* impia] ipsa *v* 46–90 *in S legi possunt* 46 cines (*suprascr.* i) *S* fiat *BFS*Π*b*: tiat *v*: fiant *ed. Ascens.* 1507 47 ut *bv* 48 undaque *P*: undique *Sb*: undique que uestris (*ex* nostris) *v*: nostris *b*: uitreis *Heinsius* lymphis] nimphis *b*: uestris litora pulsatis (*om.* limphis) *S* 49 quae] que *vF* defunditis *S* 50 A *initiali magna P* migrat *P* 51 perfundit *v* 52 pastos (u *suprascr.*) *v*: pastor *ed. Zarotti* 1482 ardet *Scaliger*: arsit *Ribbeck* 53 li(*yb*)bię *Svb* 54 T *initiali magna BF* reuocasti *b Naeke*: p̄uocasti *v*: reuocasset *BFT*Π: meminere uocasset *S*: reuocasses *h*: *fort.* Tristius hoc, memini, reuoca set. Battare, carmen. 55 nigra *T* multo *ST*: *fort.* nigra mari moto dicunt *T*: dicent *BF*Π*Sv* 56 repentinus *S*: *num* repentineis? 57 *post* subito *spatium in S, credo ex rasura* ermersere *Can. Lat.* 27, *fort.* ecmersere, *sic* 115 uiterula *pro* uitecula ferenti *S solus ex meis* 58 H *initiali magna FP* agit *T* infesto *v et corr. B*: infesta Π*ST* 59 A *initiali magna B*: atrunco uertens *S*: conuerrens *Scaliger* 60 exauriat *v*: exhauriet *T* 61 dicat *v* ferrum *v*: merum *Boxhorn*

rura quibus diras indiximus, impia uota.
  Si minus haec, Neptune, tuas infundimus auris,
Battare, fluminibus tu nostros trade dolores:
nam tibi sunt fontes, tibi semper flumina amica.
nil est quod perdam ulterius: meret omnia Ditis.
flectite currentis nymphas uaga flumina retro,
flectite et aduersis rursum diffundite campis.
incurrant amnes passim rimantibus undis
nec nostros seruire sinant erronibus agros.
  Dulcius hoc, memini, reuocasti, Battare, carmen.
emanent subito sicca tellure paludes
et metat hic iuncos, spicas ubi legimus olim.
cogulet arguti grilli caua garrula rana.
  Tristius hoc rursum dicit mea fistula carmen.
praecipitent altis fumantes montibus imbres,
et late teneant diffuso gurgite campos
qui dominis infesta minantes stagna relinquant

62 duras induximus *S* 63 S *initiali magna B* tuas *Heinsius*: tuis *codd. quod retinuit Rothstein Herm.* XXIII. 514 aris *v* tuas infundis in auris *Eskuché* 65 flumina semper *Svb* 66 *sic scripsi*: nihil *B*: nilem quod pergam ulteris *S* pergam *Heinsius et Eichstad* merita (meritis *Tv*) omnia (*om. b*) ditis (dicis *v*) *codd.*: merita omnia diras *Heinsius*: merito omnia dicis *Putsch*: merito omnia Ditis *Ribbeck*: *fort.* nil e. quo pergam ulterius (maris omnia) diris 67 F *initiali magna B* ny(i)mphas *codd. mei omnes etiam vhb* flumina retro *om. S* retro] amica *P* (*ex* 65) 68 cursim *v*: cursum *b* 69 incursant *vb* omnes *E* remant. (i *suprascr.*) *v* 70 *om. S relicto spatio unius uersus* seruire *B m. pr. postea corr. in* exire: exire *FΠTvbh quod seruarunt Tollius, Canal, Rothstein* erronibus *Bembus*: erroribus *codd. omnes, quod seruarunt Tollius, Canal, Rothstein* 71 D *initiali magna BFP* 72 et manent *Pb*: ec maneant *v nisi me fallit compendium scripturae* sicco *S*: sicco /// *T* 73 hinc *hb* iungos spicos *S* 74 cocule targ. *BΠ*: coculet *T*: cogulet *Paris.* 8069: conculę et *h*: occultet *S*: occupet *vb*: occubet *Naeke*: cogulet *scripsi, h. e.* coagulet, *cf. Cambridge J. Philol.* VIII. 73: calcet et *C. F. Hermann, Eskuché* grilla cana garrola *v*: *fort.* grillei 75 T *initiali magna BFP* dicat *duo Vratislauienses Naekii, Canal* 76 umbre *v* 78 quid (qui *v*) dominis (dominus *S*) i. m. s. relinqu(u)nt *codd.* relinquent *b*: relinquant *ed. pr.*

unde elapsa meos agros peruenerit unda.
piscetur nostris in finibus aduena arator,
aduena ciuili qui semper crimine creuit.
  O male deuoti, praetorum crimina, agelli!
tuque inimica pii semper discordia ciuis.
exsul ego indemnatus egens mea rura reliqui,
miles ut accipiat funesti praemia belli.
hinc ego de tumulo mea rura nouissima uisam,
hinc ibo in siluas: obstabunt iam mihi colles,
obstabunt montes. campos audire licebit
'dulcia rura ualete, et Lydia dulcior illis,
et casti fontes, et felix nomen agelli.'
  Tardius a miserae descendite monte capellae:
mollia non iterum carpetis pabula nota;
tuque resiste pater. †et prima nouissima nobis†
intueor campos longum: manet esse sine illis.
rura ualete iterum, tuque optima Lydia salue,
siue eris, et si non, mecum morieris, utrumque.

79 unde (undae *B*, undę *E*) lapsa (elapsa *T*) meos (lapseos *S*) *codd.* : meas *Monacensis* 261 : *num* means? illapsa *Heins.* : cum delapsa *Reitzenstein cum sequentibus iungens. Versum post* 65 *transponebat Ribbeck* 80 pascetur *S* 81 crimina *S* 82 praetorum *Mediolanensis O. 74 sup.* : pratorum *BΠSvb Rothstein* : parcarum *T* : raptorum *Scaliger* : prauorum *ed. Zarotti* 1482 : praedonum *Heinsius* crimina *BFΠSTv* : crimine *b Canal* : crimen *Heinsius* pastorum carmine *Kroll* 83 pii *scripsi* : tui *codd.* : tuis *Rothstein, post* discordia *interpungens* 84 E *initiali magna BFP* : exule gom dampnatus *P* : in damnatus *v* 86 nouissimā *B m. pr.* uisam *om. S* 87 *post* siluas *S om. cetera* 88 *om. S* adire *h* : haud ire *Haupt* 89 D *initiali magna BFP* libia *v* 93 tuquae *E* : *et sic ut uidetur S* (tu quaere siste) : tu quoque *v* pater *codd.* : caper *Heinsius* nobis *om. vb* haec prima, nouissima nobis *Vergilius Aldi* (*Naeke pp.* 129, 413), *Canal* : en prima, n. n. *ed. Antverp.* 1556, *Sciaua* : *num* ea thymbra n. uobis? *an* rimare n. uobis? 94 *post* campos *interpungebat Rothstein* manet esse sine illis *T* : m. esses in illis *BΠ* : m. estus in i. *vb* : m. ensis in illis *marg.* obses *Mediol. cum Vossiano I Naekii* : mene esse sine illis *Baehrens* 95 R *initiali magna BFP Post* 95 *et* 96 *lacunas statuit Ribbeck* 96 si *om. S* nom mecum *E* siue eris, et si non mea commorieris, utrumque *ego olim*

Extremum carmen reuocemus, Battare, auena.
dulcia amara prius fient et mollia dura,
candida nigra oculi cernent, et dextera laeua,
migrabunt casus aliena in corpora rerum,
quam tua de nostris emigret cura medullis.
quamuis ignis eris, quamuis aqua, semper amabo:
gaudia semper enim tua me meminisse licebit.

[LYDIA]

INVIDEO uobis agri, formosaque prata,
hoc formosa magis, mea quod formosa puella
ex uobis tacite nostrum suspirat amorem.
uos nunc illa uidet, uobis mea Lydia ludit,
uos nunc alloquitur, uos nunc arridet ocellis,
et mea summissa meditatur carmina uoce,
cantat et interea mihi quae cantabat in aurem.
inuideo uobis agri: discetis amare.
o fortunati nimium multumque beati,
in quibus illa pedis niuei uestigia ponet

97 E *initiali magna BFP* 98 fiant *BFΠvb*: fient *ed. Zarotti* 1482 *et sic Bembus ubi u. citat in libello de Culice* 99 *om. S* oculis certant *v*: oculi cernant *BFΠThb*: cernent *ed. Zarotti* 1482. *Bembus* 100 nigrabunt cāus *v*: auctus *Rothstein* 102 quamuis nix aderit *vb*: quamuis //nis *E*: *fort.* ninguis erit *uersum post* 90 *transponebat Goebbel, assentiente Ribbeckio* 103 me *om.* *B*[1] Π *Treuirensis* *Post* 103 *aliud carmen et quidem* Lydiam *incipere primus opinatus est Fr. Iacobs. In codicibus uersus continuantur sine interstitio. Sed in* 104 *primam litteram I magnam habent BFP*

LYD. I. agni *F* formasaque *EB* *Post hunc u. sequitur in S* 9 o fortunati, *omissis* 2–8 1-7 *in marg. scriptos habet b, dein* 'in alio exemplari inueni ista carmina' 2 hęc *v* mea *om. b* quo *T*: quam *v* formosa] o *ex* a *E* 3 est uobis *BFΠT*: et uobis *b Mediol. In v compendium scripturae est quod* ec *potius quam* et *significare credidi,* ex *tamen praetuli* 4 illa uidet] allaquider *E* 5 uos nunc arr.] uobis *v* adridet *E*: aridet (*suprascr.* r) *P*: arridet *v Med.* 6 E *initiali magna B* summissa *BFEv*: submissa *Pb* 7 interdum *W. Wagner*: inter uos *Ribbeck*: *fort.* in terra cantabit *v* 8 agri *etiam F* disetis *BFΠ*: dissetis *Paris.* 8069 9 O *initiali magna BFP* multumque beati *in rasura habet b* 10 ponit *vb*

aut roseis digitis uiridem decerpserit uuam:
dulci namque tumet nondum uitecula Baccho:
aut inter uarios uenerem stipantia flores
membra reclinarit temere atque illiserit herbam,
et secreta meos furtim narrabit amores.
gaudebunt siluae, gaudebunt mollia prata,
et gelidi fontes, auiumque silentia fient.
tardabunt riui lapsantes gurgite lymphae,
dum mea iucundas exponat cura querelas.
inuideo uobis agri: mea gaudia habetis,
et uobis nunc est mea quae fuit ante uoluptas.
at male tabescunt morientia membra dolore,
et calor infuso decedit frigore mortis,
quod mea non mecum domina est. non ulla puella
doctior in terris fuit aut formosior; ac si
fabula non uana est, tauro Ioue digna uel auro
(Iuppiter auertas aurem) mea sola puella est.
felix taure, pater magni gregis et decus, a te
uaccula non umquam secreta cubilia captans

11 uiridem digitis *T* decerpserit *in rasura b* 12 dulci *ed. pr.* : dulcis *vb* : dulcia *BF*Π*ST* timet *vb* uitecula bacho *in ras. b* 13 uenerem stipendia *BF*Π*h*, *idemque in S fuisse testantur reliquiae* s///end/ : spumantia *T* : stipantia *vb* : stupentia *marg. B man. recent.* : ueneris stipendia (*suprascript.* -rem -antia) *Mediol.* : uenerem spirantia *Eichstad* : ueneris dispendia *Dousa pater* 14 reclinarit *hb* : declinarit *BF*Π*Sv* temere atque *scripsi* : teneremque *BF*Π : teneramque *Tvb* : ueneremque *h* illis. *v* : inlis. Π*F* : illes. *Can. Lat.* 27 15 narrabat *v* : narrabis *T* 18 tardabis *S* labentes (labantes *T*) currite (sistite *vb*) *codd.* : lapsantes gurgite *scripsi* : labentes˙ currere *uulgo* nimphę *v* 19 quaerelas *E* : querela(ã *B*)s *BS* 20 *hinc rursus incipit M* : I *initialem magnam habent BFP* 22 mala *S* : mihi *Aldina* 1517 tabescunt *ed. Zarotti* 1482 : tabescant *BFM*Π*STvb* : *post hunc u. reliqua desunt in v* : *fort.* an male tabescant . . . et color i. decedat f. m.? 23 decedit *T* : dece(oe *M*)pit *BFM*Π*S* 24 dominata est *S* : *an* dominast ? : est *om. E* ulla *ed. Ascens.* 1507 : illa *BFMT*Π*S* 25 aut] ac *B* : *Epigr. Lat. ed. Buecheler* 1166. 5, 6 Quod si longa tuae mansissent tempora uitae, Doctior in terris nulla puella foret, *quod primus attulit Weitzius ad Copam, p.* 23 (1642) 26 Fabula non *ceteris omissis S* 27 auertas //// meam *S* aure *P* 28 a te] are *b*, *nescio an recte* : ante *Bywater* 29 uacula *MS* non numquam *MSb*

frustra te patitur siluis mugire dolorem.
et pater haedorum felix semperque beate
siue petis montis praeruptos, saxa pererrans,
siue tibi siluis noua pabula fastidire
siue libet campis: tecum tua laeta capella est.
et mas quodcumque est, illi sua femina iuncta
interpellatos numquam plorauit amores.
cur non et nobis facilis natura †fuisset?
cur ego crudelem patior tam saepe dolorem?
sidera per uiridem redeunt cum pallida mundum,
inque uicem Phoebae coiens atque aureus orbis,
Luna, tuus tecum est: cur non est et mea mecum?
Luna, dolor nosti quid sit: miserere dolentis.
Phoebe, gerens in te laurus celebrauit amorem;
et quae pompa deum, non siluis fama, locuta est?
(omnia uos estis) secum sua gaudia gestat,

31 E *initiali magna BFP* beatae *E*: beatus *b* 33 siluas *S*: sillius *M*: si uis *T* 34 est *om. b* 35 quodcumque *Monac.* 21562: quocumque *BFMΠSTb*: quicumque *Ascensius in Comment.* 1507: *fort.* quacumque 36 inter pellatos *S* 37 C *initiali magna BFP* fuisti *Salmasius*: Cur non et nobis facilis natura? fuisset. non ego c. patiar t. s. dolorem *Acidalius ad Vell. P.* II. 69 39 cum palida mudū *M* 40 ph(o)ebe *BFMΠb*: phoebus *T*: Phoebae *Sonntag* coiens *scripsi*: currens *codd.* atque *codd.*: meat *Sonntag* inque uicem Phoebe currens, atque aureus orbis *Naeke*: inque u. Phoebi currus fugat a. orbis *Ribbeck*: i. u. Phoebi currens cadit a. o. *Rothstein, et sic sed* abit *Eskuché* 41 tuus *b*: tui *BFΠMTSh* 43 Phoebe *Med.*: Pheope *T*: Phoebo *B m. pr.*, *FΠM* gerens *BFΠMT*: merens *hb*: decens *Sillig*: recens *Naeke*: querens *Eskuché*: gemens *Ribbeck*[2]. *Sed* gerens *potest esse qui te, Phoebe, gerit sc. simulacrum Phoebi in pompa* in te *BFΠST*: in te tute (tute *eras.*) *M*: uitę *b* 44 quae] quem *ed. pr.* quae *interrogationis esse primus uidet Schopen* (1847), *post eum ego Cambridge J. Philol.* VIII. 73 (1879), *nouissime Sciaua* (1898) non *Tb*: nisi *BFΠSM*. *Sententia est: ecquem deum pompa, qua circumfertur, uulgauit hominibus, neque eundem fama siluis locuta est tamquam ibi amores exercentem? nulla o superi pars est naturae in qua non praesentes uersemini: unusquisque aut secum amoris monumentum gestat, florem plantam fistulam, aut inter sidera imaginem puellae ac nomen relatum conspicit. Totum locum sic nunc refinxerim:*

Phoebe, gerens nam te laurus celebrauit amorem,—
et quem pompa deum, non siluis fama locuta est?
omnia uos estis — tecum tua gaudia gestas
aut insparsa uides mundo: quae dicere longum est.

45 gestat *sc. deus* (44)

aut insparsa uidet mundo: quae dicere longum est.
aurea quin etiam cum saecula uoluebantur,
condicio similisque †foret mortalibus illis,
haec quoque praetereo: notum Minoidos astrum,
quaeque uirum uirgo, sicut captiua, secuta est.
laedere, caelicolae, potuit uos nostra quid aetas,
condicio nobis uitae quo durior esset?
ausus ego primus castos uiolare pudores,
sacratamque meae uittam temptare puellae,
immatura mea cogor nece soluere fata?
istius atque utinam facti mea culpa magistra
prima foret: letum uita mihi dulcius esset,
non mea, non ullo moreretur tempore fama,
dulcia cum Veneris furatus gaudia primum
dicerer, atque ex me dulcis foret orta uoluptas.
nam mihi non tantum tribuerunt impia uota,
auctor ut occulti noster foret error amoris.
Iuppiter ante sui semper mendacia factus,
cum Iunone, prius coniunx quam dictus uterque est,
gaudia libauit dulcem furatus amorem.

46 mundoq; *M* 48 fouet *F*: similis fuerat *ed. Basil.* 1543, *Naeke*: similisque fuit *Ribbeck* 49 H *initiali magna BFP* praetereo *ed. Basil.* 1543: praeterea *codd.*: praeteream *Eskuché* Minoidus (i *suprascr.*) *B*: minoidus *FM*Π 51 potuit *om. S* uos *T*: nos *BF*Π*S*: *om. M* quietas *T*: aestas *B*Π*M* 52 quae *Eb* 53 egon *ed. Basil.* 54 uittam *ed. Ascens.* 1507: uitam *codd.* temerare *L. C. Purser* 55 mea *Haupt*: meae *BF*Π*MT*: me *S Mediol.* cogor *T et Monacens.* 21562: quoque *BF*Π*MS* nēce *marg.* uel nexe *B* i. mee necis quoque s. fata *b* facta *BSE* *fort.* iam matura mea nequeam uice s. uota, *ut* uota *ex u.* 61 *huc transponendum sit, uti fecit Ribbeck ed.*[1] iam matura *habet ed. Ven. Vindelici de Spira* 1473 56 fati *M*: facta *S*: *num* factei? 57 foret] fera *S*: *fort.* ferat mihi uita *M Treuirensis, et sic Canal et Naeke* 58 non me *S* non nullo *B*Π*S* 59 primus *ed. Basil.* 60 dicerer *BFMSb*: diceret *PT* 61 nam] nunc *Godfr. Hermann* inuida fata *Heinsius*: *fort.* improba facta 63 I *initiali magna BFP* semper] sed per *b* factus *BF*Π*MST*: furti *hb Mediol.*: fastus *Scaliger.* Iuppiter factus semper mendacia sui *potest esse qui semper se conuertebat in formas quae ipsius speciem mentiebantur siue mentite reddebant, taurus uel aurum uel olor factus. 'Che fe sempre di se menzogne' Canal*

et moechum tenera gauisa est laedere in herba
purpureos flores, quos insuper accumbebat,
clam dea formoso supponens †gaudia† collo.
tum credo fuerat Mauors distentus in armis:
nam certe Vulcanus opus faciebat, et illi
tristi turpabat malam fuligine barba.]
non Aurora nouos etiam plorauit amores,
atque rubens oculos roseo celauit amictu?
talia caelicolae. numquid minus aurea promo?
ergo quod deus atque heros, cur non minor aetas?
infelix ego, non illo qui tempore natus
quo facilis natura fuit. sors o mea laeua
nascendi, miserumque genus, quoi sera libido est!
tantam, uita, meae cortis fecere rapinam,
ut maneam quod uix oculis cognoscere possis.

66 moechum *Baehrens*: mecum *BFΠMSb*: mea cum *T*: et secum *Scaliger*: et tecum *Gronouius, Peerlkamp*: et dea clam *Heinsius*: et dea cum tenero *Wernsdorf*: et mare cum tenero *Lachmann* laedere *Canterus*: ludere *codd.* 67 occumbebat *M* 68 clam dea *scripsi*: grandia *codd.* formoso] formasa *S m. pr.* gaudia] Cypria *Naeke*: suauia *L. C. Purser*: candida . . . bracchia *uel* bracchia . . . candida *uulg.*, *cf. Catull.* LXIV. 332 bracchia f. s. Cypria c. *Lachmann*: *fort.* glaucia, *cf. Scriuerium ad Martial.* IX. 26. 2. 69 T *initiali magna BFP*: cum *TF* Mauors fueras *Gronouius* 70 nam] hoc *T*: cum *Peerlkamp* 71 tristi turpabatque (turbabatque *TS*) mala fuligine barbam *BMPST*: malas *Scaliger*: malam *Naeke*: barba *Scaliger* turpabat strictura mala f. barbam *ego olim* 73 rubeo *T* uelauit *Broukhuysen* 74 T *initiali magna BFP* 75 quid *MSb* aeros *M* 77 leua *B* 78 Nascendum *T* quo *codd. sed M ex* qua: quoi *Naeke* est *om. b* 79 tanta (tantum *PT*, tantam *b*) meae uitae (uitae meae *P*, uita meae *T*, me uite *S*, uita mei *b*) cordis fecere (fecer *P*) rapinam *BFΠMSTb*: fata meae tantum sortis f. ruinam *uel* tantam fata meo cordi f. ruinam *Heinsius*: tantum mi uitae curae *Francius*: uota meae *Iacobs*: fata mei curis *Haupt*: fata meae uitae *Canal*: tantam fata meae carnis *Baehrens*: fata meae uitae quor sic f. r. *Birt* *Mihi* cordis *ex* cortis *corruptum uidetur: tantam, mea uita* (*sc. Lydia*), *milites cortis meae rapinam fecerunt, h. e. tantum abstulerunt auium, ut prae macie uix a te cognoscar. An scribendum* tantam, uita, meae sordes (*h. e. condicio maerentis amissam rem*) fecere ruinam? 80 possim *b*

P. VIRGILII MARONIS DIRAE FINIVNT COPA EIVSDEM INCIPIT *E et sic P sed addito* MARONIS *post* EIVSDEM: PVBLII VIRGILII MARONIS DIRĘ FINIVNT; COPA EIVSDĒ MARONIS INCIPIT .·. *B*

COPA

SIGLA CODICVM

B =	Bembi codex, Vat. 3252	saec. ix
F =	Bodleianus Auct. F. 1. 17	xiv
S =	fragmentum Stabulense Paris. 17177	xi
E =	Paris. 8093	x
M =	Mellicensis, uu. 1–14 continens	xi
D =	Digbianus bibl. Bodl. 100 f. 137^b	xiv
V =	Vat. 2759	xiii
G =	Paris. 8207	xiii
Γ =	Mus. Brit. Harl. 2534	xiii
Ω =	consensus codicum *BESM*, post u. 14 *BES*	
Phil. =	Phillippicus 6549, uu. 1–28 continens	xiii (?)

Copa Surisca caput Graeca redimita mitella,
crispum sub crotalo docta mouere latus,
ebria famosa saltat lasciua taberna
ad cubitum raucos excutiens calamos.
'quid iuuat aestiuo defessum puluere abesse,
quam potius bibulo decubuisse toro?
sunt topia et kelebes, cyathi, rosa, tibia, chordae,
et triclia umbrosis frigida harundinibus.
en et, Maenalio quae garrit dulce sub antro,
rustica pastoris fistula more sonat.
est et uappa cado nuper defusa picato
et strepitans rauco murmure riuus aquae.
sunt etiam croceo uiolae de flore corollae,

PVBLII VIRGILII MARONIS DIRĘ FINIVNT ; COPA EIVSDĒ MARONIS INCIPIT .·. *B* : INCIPIT COPA EIVSDEM *S* : COPA EIVSDEM INCIPIT *E*: INCIPIT COPA VIRG̃ MARONIS *M* *Charisius p.* 63 *Keil dicit Vergilium librum suum Cupam inscripsisse.*

1 suirisca *BEM* : surisca (i suprascr.) *M* : sirisca *marg. B, manu recentiore V* greca *ex* grega *B* metalla Ω : mitella *Paris.* 11867 f. 226b 'Virgilius Copa sirisca capud greca redimita mitella,' *et sic V et* Γ *m. sec.* 2 cratalo (o *suprascr.*) *S* 3 hebria *B* fumosa *Monacenses* 305, 18059, 21562 5 ąestiuo *B* defensum *Vat.* 1574 ab esse *B* : abisse *Ilgen et Haupt, sed cf. Tyrrell ad Cic. Fam.* xvi. 8 'abesse ab iniuria temporum' 6 quam] *an* nec? bibulo *codd.* : uiuo *Schenkl* : thoro *B* 7 tōpia *B* : trophi *B marg. m. recent.* : thephia *Vat.* 1574 : topia (*ex* tobia *S*) *ES* : copia *F* : opia *M*, *fortasse uere, cf. Plin. H. N.* XX. 197–203 : obbae *Ilgen*? : *num* scaphia *uel* strophia? kelebes *scripsi* : kalibes *BM* : calibes *EFS Phil.* : calybae *Scaliger* : kalybae *Reichenbach* cyati *B* cordę *BM* 8 triclia *Leo ex inscriptionibus* : triclya *Mon.* 305, 18059 : triaclia *BEV* : tria clia *S* : triadia *M* umbrosis *Monacenses et marg. B* : umbris Ω : uęṛbịs (*suprascr.* umbris) Γ : umbriferis *Haupt* 9 menalio *B* 10 in ore *M*Γ*G Phil. fortasse recte* 11 diffusa *D*Γ : defusa *reuocauit Scriuerius Anecd. p.* 69 12 crepitans *V et Vat.* 1574 13 etiam] et *D* croco *Phil.* et Corycio *Burmannus* corollạe *B*

sertaque purpurea lutea mixta rosa,
et quae uirgineo libata Achelois ab amne
  lilia uimineis attulit in calathis.
sunt et caseoli quos iuncea fiscina siccat.
  sunt autumnali cerea pruna die.
castaneaeque nuces et suaue rubentia mala,
  est hic munda Ceres, est Amor, est Bromius.
sunt et mora cruenta et lentis uua racemis,
  et pendet iunco caeruleus cucumis.
est tuguri custos armatus falce saligna,
  sed non et uasto est inguine terribilis.
huc Calybita ueni, lassus iam sudat asellus.
  parce illi, Vestae delicium est asinus.
nunc cantu crebro rumpunt arbusta cicadae,
  nunc uepris in gelida sede lacerta latet.
si sapis, aestiuo recubans prolue uitro,
  seu uis crystalli ferre nouos calices.

17 *Miconis Prosodia* 168 *ed. Traube in Duemmleri Poetis Latinis Aeui Carolini* III. *p.* 285 : *s. u.* Fiscinas. Sunt et caseoli quos iuncea fiscina siccat. VIRGL̄.

14 lutea] linea *Phil.* mista *BM* trosa *B* 15 sunt quae *Vossianus Lat. Oct.* 81 17 iuncea *etiam Mico cum Phil.* : uincea *Monacenses* : scirpea *Vossianus* siccat] ueccat *Phil.* 18 autunalis *Vossianus* dee *Vossianus* 20 broimus *S* 22 ceruleus *B* 25 huic Ω '*i. e. Priapo, tuguri custodi, inuitanti, non terrenti*' *Leo* : huc *Monacenses Phil. et Vossianus* c(ch *Mon.*)alibita *BEF Mon.* : calibita *ex* calabita *S* : calibida *V Phil.* : alibida Γ*D* : Cybelista *Sillig sicut edidit Ascensius* : capalista *Schenkl ; Hesych.* καπαλευτάς· ὀνηλάτας· *num* Alybida ? *quod scribendum proposui in dissertatione* 'A Bodleian MS of Copa' etc. Frowde 1906 iam sudat asellus *B*, salsus (salsus *written above*) *m. recent.* : lassus *SMon.* : fessus *V G*Γ *Vossianus* : iam fessus *D* : *om. EF* 26 illi] isti *Phil.* Vestae *Vossius* : uestrę *BEFS* : nostri *Phil.* : nostrum Γ*D* delicium *B Phil.* : dilic(t *F*)ium *SF* 28 uepris *scripsi potius quam* ueprum *quod coni. Haupt* : uere *BEFD* : uere *adscript.* uel certe Γ : uero *S Phil.* : uiridis *super rasuram prioris scripturae Vat.* 1577 : uaria *Monacenses*, *quod recepit Ribbeck* 29 recubans nunc *codd.* : recubans te *Scaliger* : *num* os *an* rus ? pro-luce *F* : proluee (? ec) *E* : lue *adscript.* uel prolue Γ uitro *ex* antro *S* : *et fortasse* proluere *imperatiuus est*, *Theocr. XXV* 95 τόσσ' αἰεὶ μετόπισθε βοῶν ἐπὶ βουκόλι' ᾔει, 76 εὑρησεῖς Γαλάτειαν ἴσως καὶ καλλίον' ἄλλαν 30 cristalle *BEFS* : cristalli *Monacenses* : cristallo Γ, *Vat.* 1574 *et* 1577

heia age pampinea fessus requiesce sub umbra
  et grauidum roseo necte caput strophio,
†formosum† tenerae decerpens ora puellae.
  a pereat cui sunt prisca supercilia!
quid cineri ingrato seruas bene olentia serta?
  anne coronato uis lapide ista tegi?
pone merum et talos. pereat qui crastina curat.
  mors aurem uellens 'uiuite' ait 'uenio.'

31 *Nemes. Ecl. IV.* 46 *ed. H. Schenkl* 'Hac age pampinea mecum requiesce sub umbra.'

31 hia *BE* : hic *SFD*Γ 32 trophio *V*Γ² 33 formosum *codd.* : formosus *Vrbinas* 350 *teste Curcione et sic ed. Ascens.* 1507 : fer morsum *Oudendorp* : *fort.* per morsum ore *S* 34 a pereat cui Ω crispa *marg. B, h. e. corrugata* super cilia *B* 35 cineri *ex* cinere *B* 36 ossa *Ilgen* : *potuit etiam nominatiuus esse, uelut* olla urna teri *Leo* : anne coronando uis lapidi (? lapide) ista legi? *editor Oxoniensis* (*Parker* 1889) *et Curcio* (1905) *sed uide Munronem ad Lucret.* V. 1199 37 allos *S* paraetat *E*

PVBLII VIRGILII MARONIS COPA FINIT. VERSICVLI EIVSDĒ MARONIS DE EST ET. NON INC. IP̄ *B* P. VIRGILII MARONIS COPA FINIT *E*

SIGLA CODICVM

B =	Bruxellensis 10675, 6	saec. xii
M =	Monacensis 18895	xv
Ar =	Arundelianus 133 Musei Britannici	xv
u =	Vat. Vrbin. 353	xv exeuntis
Mediol.	O. 74 sup. chartaceus	xv

I*

VERE rosa, autumno pomis, aestate frequentor
  spicis: una mihi est horrida pestis hiemps.
nam frigus metuo, et uereor ne ligneus ignem
  hic deus ignaris praebeat agricolis.

II*

Ego haec, ego arte fabricata rustica,
ego arida, o uiator, ecce populus,
agellulum hunc sinistra et ante quem uides,
erique uillulam hortulumque pauperis
tuor malaque furis arceo manu.
mihi corolla picta uere ponitur,
mihi rubens arista sole feruido,
mihi uirente dulcis uua pampino,
mihi caduca oliua, cocta frigore.

Nullus titulus in B Catalepton Virgilii incipit *M* P. Virgilii Catalepton *Ar* P. V. Maronis Cathalecton Priapus loquitur *u*

I*. 1 pomis autumno *Lachmann, Lucr. p.* 199 3 lintieus *B m. pr.* 4 ignaris *BM Ar Mediol.*: ignarus *u*: ignauis *De Rooy*: ingratis *Ribbeck*: *fort.* ne lectus in ignem hic deus ignauis praebear agricolis

II*. 1 ego haec] ego *om. Ar* 2 arrida *Ar* o *om. BMAr u Med.* urator *M* 3 agellum hunc sinistre tante *BM*: *et sic sed* stantem *pro* tante *Ar et Med.*: agellulum h. sinistra tute *u, ed.* 1473: sinistra et ante *Hand Obseruatt. in Catull. p.* 68: sinistra inante *W. S. Landor*: sinister ante *L. Mueller*: *fort.* sinistra abante. *C. I. L.* VI. 2899 (*Olcott Thes. Ling. Latin. Epigraphicae s. u.* Abante) Terrula pura abante et dextra leuaque 4 Erique *BM* uillam *BM Ar u Med.*: uillulam *Aldina* 1517 5 tuor *W. Wagner*: tueor *BM Ar u Med.* malasque . . . manus *u, uulgo*: malamque . . . manum *Ribbeck* 6 corollo *B m. pr.*: corola *u* ue reponitur *Ar*: ne repon. *M* 7 formido *M* 9 *sic scripsi* mihi glauca oliuo duro cocta frigo *B m. pr.*: mihi glauca oriua (oliua *Ar Med.*) duro frigore cocta *M Ar Med. et sic Rehdigeranus* 125 *sed* coacta: mihique gl. duro o. f. *Muretus*: mihique duro oliua c. f. *uel* mihique gl. o. cocta f. *W. Wagner*: mihi

meis capella delicata pascuis
in urbem adulta lacte portat ubera,
meisque pinguis agnus ex ouilibus
grauem domum remittit aere dexteram.
teneraque matre mugiente uaccula
deum profundit ante templa sanguinem.
proin, uiator, hunc deum uereberis
manumque sursum habebis: hoc tibi expedit,
parata namque trux stat ecce mentula.
'uelim pol' inquis. at pol ecce uilicus
uenit, ualente cui reuulsa bracchio
fit ista mentula apta claua dexterae.

III*

Hunc ego, *o* iuuenes, locum uillulamque palustrem,
tectam uimine iunceo caricisque maniplis,

caduca duro oliua f. *uir doctus in cod. IV. A* 4 *Bibl. Brancaccianae ad Neapolin, quem credo Paulum Mercatum* (*Paolo Mercato*) *fuisse, et sic Heyse ad Catullum, p.* 40: m. coacta duro o. f. *Baehrens*: mihi recocta glauca oliua frigore *Buecheler*: mihi coacta glauca o. f. *Sabbadini* 10 dedicata *M* 11 ad ulta *B* 12 meis (*om.* que) *M* 13 remittit aere dextram *B*: *om. M Ar u Med.* 14 teneraque *B Ar u Med.*: feneraque *M*, *nisi fallor*: tremensque *uir doctus in cod. Brancacciano*: tenella *D'Orville*: tenerque . . . buculus *W. Wagner*: recensque *Postgate* matre mugiente *Bu*: matrem mugientem *M Ar Med.* uacula *BM* 15 Dum profundit ///// ante *B* 16 prohinc *Med.* 17 sursum *BM Ar u*: sorsum *Victorius* habebis *Bu*: habebit *M Ar Med.* 18 namque] neque *Ar* trux *Is. Vossius in appendice Catulli* crux uestat mentula *marg.* ecce *B*: crux (a)estate ementula *M Ar Med.*: crux est arte m. *u et ed.* 1473: trux stat ecce m. *Ribbeck*: crux stat ecce mentula *Sabbadini*, *ut* crux *sit i. q. supplicium. Ipse olim conieceram* 'parata mene laxet ante mentula? uelim pol' inquis. (*Amer. J. Philology VIII. p.* 404) 19 uillicus *M Ar u Med.*: uilicus *B* 20 ualente *Scaliger*: ualenti *codd.* cui] cum *Ar Med.* 21 fit *B*: fuit *M Ar u Med.*

III*. 1 Hunc ego iuuenes *B*: Hunc iuuenes *M Ar u* o *add. Lachmann ad Propert. p.* 288 2 tectam uimine *Bu*: tecta munimine *M Ar Med.* iunceo *Bu*: iunco *Ar Med.*: uinco *M* caricisque *Ald.* 1517: carisque *codd.*

quercus arida rustica † formitata securi,
nutrior, magis ut magis sit beata quotannis.
huius nam domini colunt me deumque salutant
pauperis tuguri pater filiusque adulescens,
alter assidua colens diligentia ut herbae,
aspera ut rubus a meo sit remota sacello,
alter parua manu ferens semper munera larga.
florido mihi ponitur picta uere corolla,
primitus tenera uirens spica mollis arista,
luteae uiolae mihi lacteumque papauer,
pallentesque cucurbitae et suaue olentia mala,
uua pampinea rubens educata sub umbra.
sanguine hanc etiam mihi—sed tacebitis—aram
barbatus linit hirculus cornipesque capella.
pro quis omnia honoribus †hoc necesse Priapo est

3 formitata *B*, *cf. Placidus Gloss.*, *p.* 45. 8 formitat formitibus exassulat: formicata *M*, *quod tuentur W. Wagner et Sabbadini*: formata *Ar u*: formidata *Med.*: fomitata *Is. Voss*: fornicata *ego olim*, *quasi in fornicem excauata ut Priapum intus reciperet*, *cf.* 'Siluane sacra semicluse fraxino' *Anth. Lat.* 602 *Meyer*, 19 *Buech.* 4 nutrior *BMu*: nutriui *Ar*: nutritur *Med.*: nutrio *Voss*: nunc tuor *Scaliger*: en tuor *Ribbeck* magis et magis (mg̃is *M*) ut *codd. Post secundum* magis *in B erasa uidetur* s: magis ut magis sit *scripsi* 5 me deumque *Ald.* 1517: mediumque *codd.* 6 adulescens *B*: *om. M Ar u Med.* 7 assiduam *M* cauens *Lucianus Mueller*: *fort.* assiduam colens diligenter, *cf. Moret.* 26 8 aspera ut rubus a *Baehrens*, *cf. Neue-Wagener*, *Formenlehr. I.* 933: asper aut rubus a *B*: aspera drubusa *M*: aspera dumosa *Ar Med.*: asper ac rubus a *Ribb.*[1]: ut herbae asper aut rubus a *Ribb.*[2] sit *BM*: sint *Ar Med.* 9 manu *B*: *om. M Ar u Med.* saepe *Schrader* laga *B* 10 florida *B* ponit *M Ar Med.* pictas u. corollas *Med.* 11 primitiis et *u*: primitu et *Muretus* 12 Luttee *B*: lucea *M* lacteumue *Ar* 13 pallentes (*om.* que) *Ar*: palantesque *Heinsius Post* 14 *hiberna munera desse putarunt Baehrens et Riese* 15 sanguine hanc *Muretus*: sanguinea *codd.*: sanguine haec *Voss* etiam] et *B*: arma *codd. quod retinebat Voss*: aram *Muretus* 16 lini circulus (hirculus *Ar*) *M Ar* cornis/pesque *B*, *ut mihi uisus sum legere* capella *B*: capelle *MAr u Med.* 17 omnia] omnibus *M*: mutua *Baehrens*: munera *Riese* (munia *Maehly*), *fort.* annua hoc *codd.*: sic *L. Mueller*: nunc *Buecheler*: huic *uel* tot *Ribbeck*: *fort.* mox Priapo est *B*: priape (*om.* est) *M Ar u Med.*

praestare et domini hortulum uineamque tueri.
quare hinc, o pueri, malas abstinete rapinas.
uicinus prope diues est neglegensque Priapus.
inde sumite, semita haec deinde uos feret ipsa.

CATALEPTON

I

Delia saepe tibi uenit. sed, Tucca, uidere
  non licet: occulitur limine clausa uiri.
Delia saepe tibi, non uenit adhuc mihi: namque
  si occulitur, longe est tangere quod nequeas.
uenerit: audiui. sed iam mihi nuntius iste
  quid prodest? illi dicite, quoi rediit.

II

Corinthiorum amator iste uerborum,
iste iste rhetor! namque quatenus totus

18 uineam (*om.* que) *B* 19 malas *Ar*: mala *B*: male *M* 20 diues *om. Ar* neglegensque *B*: negligensque *M Ar u* Priapi *Heinsius et uir doctus in Misc. Obseru. I. p.* 368: Priapum *Doering* 21 semitam *omnes nostri*: semita *duo Vossiani teste Ribbeckio*

Catalept. I. 1 Delia *Scaliger*: Dequa *codd.*: *fort.* Dellia tuica *M* 2 oculitur *M Ar* 3 dequa *codd.* saepe] *fort.* nempe tibi non *Bu*: non tibi *M Ar Med.* 4 oculitur *M Ar* 5 audiui *B*: aut ibi *Mu*: aut tibi *Ar*: *fort.* ante tibi *quod etiam in mentem uenit editori Oxoniensi* (*Parker* 1889) iam mihi] iam iam *Curcio* nuntius *Theogn.* 573 τί κ' ἄγγελον ἄλλον ἰάλλοις; 6 quod *B* prodæst *hoc est* prodaest *in* prodest *mutatum B* dicere *u*: dicito *Scaliger*: dic ita *Baehrens* quoi *Haupt*: qui *B*, *quod Sabbadini pro* cui *positum ratus est*: qu(a)e *M Ar u Med.* *fort.* uenerit ante tibi. sed iam mihi nuntius iste quid prodest? illi dicere cui rediit *h. e. quid prodest nuntius,* (*quid prodest*) *nuntiare illi qui scit eam iam ad uirum reuersam esse? In B ante* rediit *erasum est uocabulum cuius extremae litterae fuerunt* it

II. *Quintilianus* VIII. 3. 28 'multa alia etiam audentius inseri possunt, sed ita demum, si non appareat adfectatio, in quam mirifice Vergilius "Corinthiorum—miscuit fratri". Cimber hic fuit a quo fratrem necatum hoc Ciceronis dicto notatum est: Germanum Cimber

Thucydides, tyrannus Atticaest febris,
tau Gallicum min et psin et 'male illi sit'—
ista omnia ista uerba miscuit fratri.

III

Aspice, quem ualido subnixum gloria regno
altius et caeli sedibus extulerat:

occidit' (Phil. XI. 6. 14). *Auson. Grammaticomast.* 5–8 (p. 139 *ed. Schenkl*) 'Dic quid significent Catalepta Maronis. in his al Celtarum posuit, sequitur non lucidius tau. estne peregrini uox nominis an Latii sil? et quod germano mixtum male letiferum min?' *quem uersuum ordinem Schenkl dedit, cum alium praebeant codices, nonnulli autem* 5 *sic conceptum habeant,* Scire uelim Catalepta legens quid significet tau.

1 C(Ch *B*)orinthiorum *B Ar*: Corinthearum *M Med.*: Hormethiorum *u*: Rhinthonicorum *Toup Opusc. Crit.* I. *p.* 400 *de uerbis antiquis turgidis et peregrinis interpretans* 2 *om. codices Quintiliani* h^r^aetor *B* iamque *Buecheler*: (rhetor namque) *Sabbadini* 3 tuclichidydes *B*: t(th *M*)uchididis *Ar M*: tucydides *u* tyrannus *Ar Med.*: tyrannū *B*: triannum *M* atice (attica *B*) febris *BM Ar u*: brittannus (*uel* brittanus *uel* britanus) attice febres *Halmii codices Quintiliani*: *fort.* Tritanus (*Plin. H. N.* VII. 81, *Solin.* I. 75, *Hist. Aug. Firm.* 4 mente firmissimus, neruis robustissimus, ita ut Tritanum uinceret, cuius Varro meminit attice febris *Werlhof*: atticaest *ego* Thucydidius prytanis *Radermacher, cf. Steph. Byz. s. u.* Θούριοι, *ubi Herodotus uocatur* Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανις 4 thau (tau *Ar*) gallicum (-gum *B*: galicum *Ar*) minet (mi et *B*) psinet (spinet *B*: prosinet *Ar*) male illisit *MB Ar*: tau (*uel* tan *uel* tam) gallicum enim et (*al.* ut) spinet (*al.* spine) male illisit (*al.* illi sit) *codices Quintiliani*, illi sit *Werlhof et Buecheler refragante Susemihlio in Hist. Litt. Alexandrin.* II. 25 elisit *Ph. Wagner* 5 ita *BM et codd. Quintil.*: ista *Ar u* *Epigramma sic constituit Ph. Wagner*: Corinthiorum amator iste uerborum Thucydides Britannus, Attice febris, Tau Gallicum, min, al, sil ut male elisit, Ita omnia ista uerba miscuit fratri. *Halm sic*: C. a. i. u. Th. Britannus, Atticae febris, Tau, gallicum al, min, et sil ut m. elisit, Ita o. i. u. m. f. *praeeunte C. Schenkl Zeitschrift f. Oesterr. Gymn.* 1867, p. 799; *Baehrens sic*: *uu.* 1, 2 *ut Halm. u.* 3 Tau Gallicum, min et spin ut m. illisit, Ita o. i. u. m. f. *Buecheler sic* (*Rh. Mus.* 1883, p. 507): C. a. i. u. iste iste rhetor, iamque quatenus totus Thucydides, tyrannus Atticae febris—Tau Gallicum, min et sphin et 'male illi sit': ita o. i. u. m. f., *quem secuti sunt Thilo et Ribbeck ed.* 2 *nisi quod hic* ut male illi sit *maluit*

III. 1 ualido *BM*: uideo *Ar u Med.* 2 c *M* regni *M Ar Med.*

terrarum hic bello magnum concusserat orbem,
hic reges Asiae fregerat, hic populos;
hic graue seruitium tibi, iam tibi, Roma, ferebat
(cetera namque uiri cuspide conciderant):
cum subito in medio rerum certamine praeceps
corruit, ex patria pulsus in exilium.
tale deae numen; tali mortalia nutu
fallax momento temporis hora terit.

IV

Quocumque ire ferunt uariae nos tempora uitae,
tangere quas terras quosque uidere homines,
dispeream, si te fuerit mihi carior alter.
alter enim quis te dulcior esse potest,
cui iuueni ante alios diui diuumque sorores
cuncta, neque indigno, Musa, dedere bona,
cuncta, quibus gaudet Phoebi chorus ipseque Phoebus?
doctior o quis te, Musa, fuisse potest?
o quis te in terris loquitur iucundior uno?
Clio nam certe candida non loquitur.

3 terrarum hic bello magnū . . ., *dein nouo uersu*, . . . concusserat orbem *B* terrore hic belli *Ruhnken ad Vell.* II. 18. 3 5 tibi iam tibi *M Ar u* : tibi iam *B quo seruato* Romane *coni. Buecheler* 8 e *Aru* : et *BM* : ec *Ribb.*[1] 9 ritu *Haupt* : motu *Baehrens* nutu *pro datiuo interpretatus est Fiedler, idem tamen coni.* ruit *pro* dedit 10 terit *scripsi* : dedit *codd.* : premit *Ruhnken* : ferit *Baehrens* : adedit *Sabbadini*

IV. 1 quodcumque hi referunt *B* : quocumque ire ferunt *M Ar u Med.* 2 tangere *B* : pangere *M Ar u Med.* : quoscunque *B m. pr.* 4 qui *BM Ar et sic Sabbadini* : quis *u* 5 cui iuueni *B* : cui cum (con *Med.*) uenit *M Med.* : cum uenit (*om.* cui) *Ar* diui diuumque sorores *B* : diui deumque (diuumque *u*) furores *Mu* : *in Ar Med. spatium est post* alios, *dein* que furores : clio cliusque sorores *Heinsius* 6 Musa *Ald.* 1517 : multa *codd.* 7 phebi chorus ipseque phebus *B* : phebi ipseque phebi (phebei *Ar*) *M Ar* 10 Elionam *M* : Clio tam *Casaubonus* : Pitho *Fiedler* certe] prae te *Sabbadini*

quare illud satis est, si te permittis amari;
  nam contra ut sit amor mutuus, unde mihi?

V

Ite hinc, inanes, ite, rhetorum ampullae,
inflata †rhoso non Achaico uerba,
et uos, Selique Tarquitique Varroque,
scholasticorum natio madens pingui,
ite hinc, inanis cymbalon iuuentutis.
tuque, o mearum cura, Sexte, curarum
uale, Sabine; iam ualete, formosi.
nos ad beatos uela mittimus portus,
magni petentes docta dicta Sironis,
uitamque ab omni uindicabimus cura.
ite hinc, Camenae, uos quoque ite saluete,

12 nutrius *M* unde] *Stat. Theb.* X. 861 nam iaculis caeloque uagis spes unde sagittis? nam causa ut sit amor mutuus, unde mihi? *Baehrens*

V. 1. iter hetorum *B*: iteret horum *M Med.* ampulle *B*: manipulle (pule *Ar Med.*) *M Ar Med.* 2 rhoṛso *B*: roso *Mu*: roseo *Chigianus et ed.* 1473: rore *Ald.* 1517, *fortasse ex* (d)hroso δρόσῳ *uti T. H. Warren, Magdalenensis Collegii Praefectus ratus est*: *om. Ar*: rhoso *tuitus est Buecheler Rh. Mus. a.* 1883 *pp.* 514, 5: *conieceram* Soso *ex Cic. Acad.* II. 4. 12, *Steph. B. s. u.* Ἀσκάλων achaio (*suprascr.* c) *B*: achaico *Ar Med.* uerba *codd.*: turba *Scaliger* 3 se liquntar quinque *B*: se liquit argutique *M*: seliquit arquitique *u et Rehdigeranus* 60 uarroque *Bu*: uarioque *M*: Selique *scripsi. quod probarunt Buecheler et Ribbeck* 'Seli, Cati' *marg. Pithoei Epigr.* I. *p.* 77 Tarquitique *Haupt*: *num* Tetrilique? *cf. Acad. Pr.* II. 11 4 scol. *B* nacio *BM Chig.*: uario *Ar u Med.* 5 ite hinc *cett. omissis Ar Med.* inanis *Ald.* 1517: in ani *B*: inani *Mu*: inane *Heinsius et sic Fiedler* (1830) cimbalon *B*: cibalon *M* 7 morosi *Baehrens* 9 dicta docta *B* 10 uendicabimus *Aldinae*: uindicauimus *M Ar*: uindicamus *B Med.* 11 uos quoque iam ite (lamite *M*, limite *Ar*) sane (seue *M Ar*) *BM Ar*: uosque limite sene *Med.*: uos quoque ite lasciuae *Scaliger*: uos quoque ite, saluete *uel* uosque iam ite, saluete *ego. Cf. Flor.* IV. 10 ite et bene ualete Romani

dulces Camenae, nam fatebimur uerum,
dulces fuistis, et tamen meas chartas
reuisitote, sed pudenter et raro

VI

Socer, beate nec tibi nec alteri,
generque Noctuine, putidum caput,
tuone nunc puella talis et tuo
stupore pressa rus abiuit? ei mihi,
ut ille uersus usquequaque pertinet:
'gener socerque, perdidistis omnia.'

VII

Scilicet hoc sine fraude, Vari dulcissime, dicam:
dispeream, nisi me perdidit iste putus.
sin autem praecepta uetant me dicere, sane
non dicam, sed me perdidit iste puer.

VI. 6 *Catull.* XXIX. 24 Socer generque perdidistis omnia.

12 fatebitur *B quod tuitus est Buecheler tamquam passiuum* 13 tamen meas *Bu* : timeas *M* : in meas *Ar Med.*

VI. 2 noctu in prudentum *B* : noctu inpudicum *M Ar u Med.* : Noctuine, putidum *Aldina* 1517 capud *B* 3 tuoque *B Ar Med.* : tuaque *M* : tuone *Scaliger* et] heu *Scaliger* : ah *Oudendorp* : ei *Haupt* 4 pressurus *B* abibit et *B* : habitet *M Ar u Med.* : abibit hei *Scal.* : *scripsi* abiuit *quod facilius in* abit *corrumpi poterat* 6 socer generque *codices Catulli, quem ordinem uerborum sunt qui in epigrammatis uersum reuocauerint* fuistis perdidistis *B*, *per errorem credo pro* (ef)futuistis *quamquam contra metrum* 3–6 *Buecheler Rh. Mus.* LIV. *p.* 4 *sic scribebat* tuoque nunc puella talis et tuo stupore pressa rus abibit, et mihi—ut ille uersus usquequaque pertinet—gener socerque, perdidistis omnia

VII. 2 pothus *BM* : potus *Ar u Sabbadini* : putus *Scaliger reclamante Burmanno A. L.* I. *p.* 675 : πόθος *Spiro Sentent. Controu.* x *in dissert. de Phoenissis Euripidis* 3 autem] artis *Heyne*

VIII

Villula, quae Sironis eras, et pauper agelle,
  uerum illi domino tu quoque diuitiae,
me tibi et hos una mecum, quos semper amaui,
  si quid de patria tristius audiero,
commendo, in primisque patrem. tu nunc eris illi,
  Mantua quod fuerat quodque Cremona prius.

IX

Pauca mihi, niueo sed non incognita Phoebo,
  pauca mihi doctae dicite Pegasides.
uictor adest, magni magnum decus ecce triumphi,
  uictor, qua terrae quaque patent maria,
horrida barbaricae portans insignia pugnae,
  magnus ut Oenides utque superbus Eryx;
nec minus idcirco uestros expromere cantus
  maximus et sanctos dignus inire choros.
hoc itaque insuetis iactor magis, optime, curis,
  quid de te possim scribere quidue tibi.
namque (fatebor enim) quae maxima deterrendi
  debuit, hortandi maxima causa fuit.
pauca tua in nostras uenerunt carmina chartas,

VIII. 2 tum *Schrader* 4 tricius *Ar* 5 *Cic. Fam.* XIII. 68 'Curabo inprimisque tuebor patrem tuum' *ib.* 30 'Omnia eius tibi commendo inprimisque ipsum uirum' in primisque *Ald.* 1517: primisque *codd.* 6 cremon/a *B*

IX. 1 incognita] ignita *B* 3 uictor adest *B*: uictoria est *M Ar u Med.* triumpho *Mu* 4 qu/aque *B*, *prius fuerat* quaaque 5 barbarie *Ar* 6 et *Mu* oenides *B*: eonides *Ar Med.*: eucides *M*: Alcides *Delrio*: Aenides *h. e. Cyzicus* (*Ap. Rh.* I. 942-952) *Hertzberg*: *fort.* Aegides *h. e. Theseus* 7 id circo *Ar* nostros *u*: festos *Maehly* 10 quod *Ar Med.* quidue] quod ue *Ar*

carmina cum lingua, tum sale Cecropio,
carmina, quae Phrygium, saeclis accepta futuris,
carmina, quae Pylium uincere digna senem.
molliter hic uiridi patulae sub tegmine quercus
Moeris pastores et Meliboeus erant,
dulcia iactantes alterno carmina uersu,
qualia Trinacriae doctus amat iuuenis.
certatim ornabant omnes heroida diui,
certatim diuae munere quoque suo.
felicem ante alias o te scriptore puellam!
altera non fama dixerit esse prior:
non illa, Hesperidum ni munere capta fuisset,
quae uolucrem cursu uicerat Hippomenen;
candida cycneo non edita Tyndaris ouo,
non supero fulgens Cassiopea polo,
non defensa diu † multum certamine equorum
optabant † grauidae quod sibi quaeque manus †,
saepe animam generi pro qua pater impius hausit,

15 *om. BM sed in marg. superiore ascriptum habet B manu eiusdem fortasse saeculi* prciū *B* pilium *Ar*: pylium *M*: Phrygium *Heinsius et Markland*: Pylium *retinuit Ribbeck* 16 que *Ar*: qd *B*, *eraso compendio scripturae supra* q: sed *u et Rehdigeranus* 60: *om. M Med.*: *ego* sed *uindicaui in Americ. Journ. Philology* VIII. *p.* 7 17 hic *Ald.* 1534: huic *B Ar u Med.*: hinc *M* tecmine *B* 18 melibous *B*: melibeis *M* 21 he(e *M*)roida *BMu*: epiredia *Ar* diue· (*sic*) *B*: diue *M Ar* 22 quoque *B*, *Buecheler*: queque *M Ar u* 23 alias *B et corr. Rehdigerani* 60: alios *M Ar u Med.* o te *B*: tot *M*: tanto *Ar u Med.* 24 altera non *Scaliger*: alter non *BM Ar*: alterno *u* fama *B*: famam *M Ar u* esse *B*, *Muncker ad Hyg. Fab.* 185: esse *marg.* ipse *u*: ipse *M Ar Med.*: altera nam fama uix erit estue prior *Ph. Wagner duce Salmasio* 25 ni *Bu*: in *M Ar Med.* 26 uocrem *B* hippomenem *M*: ypomanem *Ar* 27 cicneo *B* 28 cassiapea *B sed* o *super* a 29 multum *codd.*: uolucrum *Ald.* 1534: et multum *Sabbadini* equorum *Ar*: quorum *B M Med.* 30 *sic codd.* Graiae *Ald.* 1534: auide *Baehrens* quod] qđ *B*: quam *ed.* 1473, *Tollius* manus] nurum *Tollius*, *et sic permutata uerba inueni in cod. Diuionensi Ouidianae Ibidis* 178. *Sed uidetur poeta idem uelle quod est in Cir.* 412 ‘Certatim ex omni petiit quam Graecia regno’ 31 ipsius *M Ar Med.*

saepe rubrae similis sanguine fluxit humus;
regia non Semele, non Inachis Acrisione,
immiti expertae fulmine et imbre Iouem;
non cuius raptu pulsi liquere penatis
Tarquinii patrios, filius atque pater,
illo quo primum dominatus Roma superbos
mutauit placidis tempore consulibus.
multa neque immeritis donauit praemia alumnis,
praemia Messallis maxima Publicolis.
nam quid ego immensi memorem studia ista laboris?
horrida quid durae tempora militiae?
castra foro *toties*, urbi praeponere castra,
tam procul haec gnato, tam procul haec patria?
immoderata pati iam sidera, iamque calores?
sternere uel dura posse super silice?
saepe trucem aduerso perlabi sidere pontum?
saepe mare audendo uincere, saepe hiemem?
saepe etiam densos immittere corpus in hostis,
communem belli nec meminisse deum?
nunc celeres Afros, periurae milia gentis,

32 rubrae *scripsi*: rubro *codd.* similis *codd.*: pinguis *Baehrens*: immitis *Sabbadini*: Eleis *uulgo* 33 *sic B, ceteri codices uersum non habent praeter initialem* R, *habet Aldina* 1517 34 inmiti *B*: inuiti *Ar*: inmitti *M*: inmitem *editor Oxoniensis* (*Parker* 1889) expertae *Scaliger*: expectat *B*: expectant *M Ar u Med.* 35 cuius ob raptum *B*, *Meyer* (*Anth. Lat.* I. *p.* 47): ob cuius (cuus *Med.*) raptum (-tim *Med.*) *M Med.*: obuius raptim *Ar* 36 Tarquiniique *B*: Tarquini *Ar u* 38 tempore *Ald.* 1517: tempora *codd.* 40 plublicolis *B* 43 castra foro castra *B*: f. solitos *M Ar Med.*: f. solitis *u*, *ed.* 1473: foro te castra *Buecheler*: f. toties *scripsi* urbe *B*: ubi *Ar* 44 hoc gnato *B*: hoc nato *Ar Med.*: ac irato *M*: a nato *Francius*: hoc Latio *Wernicke*: hac *B Ar Med.*: ac *M* haec ... haec *scripsi* 45 pati iam *B*: patriam *M Med.*: patri iam *u*, pati nunc *Ar* sidera] frigora *Ald.* 1517, *uulgo* nuncque *Ar* colores *B*[1], *M* 46 sternere *codd. quod reuocarunt Wagner et Buecheler*: stertere *Ald.* 1534 *uulgo* 47 perlabi *Ald.* 1517: perlabens *codd.*: perlapsos *Baehrens* sidera *B* 48 mare audendo *B*: audendo mare *M Ar Med.* 50 nec *Ald.* 1517: non *codd.* meminisse *BM*: metuisse *Tollius*: timuisse *Ar* 51 affros *Ar* p̄n̲iriȩ (with u written above) (*sic*) *B*: periure *M*: periuria *Ar Med.*: perituraque m. gentis *Ald.* 1534: per rura et

aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?
nunc aliam ex alia bellando quaerere gentem,
uincere et Oceani finibus ulterius?
non nostrum est tantas, non, inquam, attingere laudes
quin ausim hoc etiam dicere, uix hominum est.
ipsa haec, ipsa ferent rerum monumenta per orbem,
ipsa sibi egregium facta decus parient.
nos ea, quae tecum finxerunt carmina diui,
Cynthius et Musae, Bacchus et Aglaie,
si laude aspirare humilis et adire Cyrenas,
si patrio Graios carmine adire sales
possumus, optatis plus iam procedimus ipsis.
hoc satis est; pingui nil mihi cum populo.

X

Sabinus ille, quem uidetis, hospites,
ait fuisse mulio celerrimus,
neque ullius uolantis impetum cisi
nequisse praeterire, siue Mantuam
opus foret uolare siue Brixiam.
et hoc negat Tryphonis aemuli domum

ouilia agentes *Hertzberg* 52 adiret agi *BM* 54 uiribus finibus *M* 55 *sic B*: non nostrum tantas inquam est *M Ar Med.* 56 ausum *corr. in* ausim *Ar*: hausum *M* 57 ferunt *B*: ferent *M Ar u* 60 musa *BM* egiale *B Ar u*: egile *M*: Aglaie *Ald.* 1534 61 laude *Baehrens*: laudem *codd.*: laudum *ed. Zarotti* 1482 aspirare *B*: aspirarem *M*: aspirem *Ar u Med.* et *Is. Voss*: sed *M Ar u Med.*: si *B quod retinuerunt Haupt, Ribbeck, Baehrens, Buecheler* adire *Bu Med.*: audire *M Ar*: ambire *Burmannus*: haurire *Baehrens* cirenas *B* *fort.* si laude aspirante humilis sit adire Cyrenas (sit *Wakker*) 62 sic *Ar u Med.* patrie *M* adires ales *B* adire] habere *Wakker* 63 oppatis *B* 64 Hec *M* satis est *codd.*: sat erit *Baehrens*

X. 1 quidem *pro* quem *B* 2 mulio *Ald.* 1517: multo *codd.* 3 ullus *M Ar u Med.*: illius *B* 4 praeter ire *B* 6 et *Scaliger*: neque *codd. quod potest uerum esse, siue ut significetur 'neque hoc dicit negare,' cf. Scriuerii Anecd.* p. 71, *siue gloriari*

negare nobilem insulamue Caeruli,
ubi iste post Sabinus, ante Quintio
bidente dicit attodisse forcipe
comata colla, ne Cytorio iugo
premente dura uulnus ederet iuba.
Cremona frigida et lutosa Gallia,
tibi haec fuisse et esse cognitissima
ait Sabinus: ultima ex origine
tua stetisse dicit in uoragine,
tua in palude deposisse sarcinas,
et inde tot per orbitosa milia
iugum tulisse, laeua siue dextera
strigare mula siue utrumque coeperat
. . . .
neque ulla uota semitalibus deis
sibi esse facta, praeter hoc nouissimum,
paterna lora proximumque pectinem.
sed haec prius fuere: nunc eburnea
sedetque sede seque dedicat tibi,
gemelle Castor et gemelle Castoris.

se quod Tryphonis domus id infitietur, quippe aemuli nec paris typhonis *B* domum *Salmasius*: domus *codd.* 8 quincio (*altera* c *suprascr.*) *B* 9 dicet *Ar* attodisse *B*: a tondisse *M*: attendisse *Ar Med.*: attotonse *Liuineius*, *Haupt*: attodisse *Scaliger et Buecheler Rh. Mus.* XXXVII. *p.* 528 forcipe *BM*: forfice *Heyne* 10 ne quid orion *B*: nequis torion *M Ar*: nequis. orion *Rehd.* 60, *et sic sine puncto u*: ne Cytorio *Maehly*, *Sabbadini*, *Curcio*: ne qua sordidum *Ald.* 1517: ne quod horridum *Haupt*: ne qua torridum *ego olim* 12 frigidat *B* 13 cog(ng *M*)notissima *M Ar* 15 ultima *pro* dicit *codd.* *num* se autumat? 16 pulude *B* deposisse *Scaliger*: deposuisse *B Ar u Med.*: deo posuisse *M* 17 it inde *M*: timde *Ar* tot] tona *Ar et Rehd.* 125 19 mulas *codd.*: mula *ed. Zarotti* 1482 utrumque *codd.*: utrimque *Heinsius*: utraque *Francius*. *Excidit uersus ut ex Catull.* IV. 21 *patet* 21 uota] nocte *M*: nota *Ar Med.* 22 tibi *codd.*: sibi *Ald.* 1517 facta] sancta (-e *Ar*) *codd.* praeter *B*: propter *M Ar u Med.* 23 buxinumque *Salmasius* 25 set et que sedes eque *BM*

XI

Quis deus, Octaui, te nobis abstulit? an quae
  dicunt, a, nimio pocula dura mero?
'uobiscum, si est culpa, bibi. sua quemque sequuntur
  fata: quid immeriti crimen habent cyathi?'
scripta quidem tua nos multum mirabimur et te
  raptum et Romanam flebimus historiam,
sed tu nullus eris. peruersi dicite manes,
  hunc superesse patri quae fuit inuidia?

XI. *Anth. P.* VII. 725 *Stadtmueller*

Αἴνιε, καὶ σὺ γὰρ ὧδε, Μενέκρατες, οὐκ ἐπὶ πουλὺ
ἦσθα. τί σε, ξείνων λῷστε, κατειργάσατο;
ἦ ῥα τὸ καὶ Κένταυρον; B. *ὅ μοι πεπρωμένος ὕπνος*
ἦλθεν· ὁ δὲ τλήμων οἶνος ἔχει πρόφασιν.

XI. *Sic ordinabat Scaliger*: 1, 2, 5–6, 7–8, 3–4, *uu.* 7–8, 3, 4 *sic scribebat* peruersi dicite manes hunc superesse patri quod fuit inuidia uobis: si culpa est bilis, s. q. s. fata, quid i. c. h. cyathi?

1 Octaui *B*: optauit *Ar u M Med.* anque *BM* 2 dicunt *BM*: dicuntur *Ar Med.* animi *B*: animo *M Ar Med.*: a nimio *u* ducta *Heinsius*: dira *Oudendorp et Henry Aeneideorum* I. 583: *fort.* an quae dicunt? an nimio p. d. m.? *nam* quae dicunt *ad amoris potius infamiam referendum uidetur* 3 uobiscum (nob. *M*) si (sic *Ar*) est culpabile (-li *M Ar*, -lis *u*) *BM Ar u*: uobiscum, si est culpa, bibi *Haupt, Opusc.* II. 146 *ubi, praeeunte Dobraeo Aduers.* II. 9, *ex epigrammate Graeco A. P.* VII. 725, *docet uu.* 3, 4 *respondentis esse Octauii* mortis si culpa est bilis *Fr. Iacobs* *Ego sic scribendos reor* uobiscum si est culpa, uiri, sua quemque secuntur fata, quid *κτλ.* *h. e. si communis mihi uobiscum est culpa, o uiri* (*sc. ex amore aliquo contracta*), *si suo quisque fato obnoxius est, quid immerito accusor tamquam nimius uini perierim?* 4 fata *Ar Med.*: facta *BM u* 5 *Post* quidem *uidetur erasum* et *in B* 7 set tuinulus *B*: sed tu nullus *M Ar u*: sed tu mutus *Baehrens* 8 hunc *B*: nunc *M Ar u* que *B*: quod *M Ar Med.*: quot *u*. *Post hunc u. Baehrens reuocauit uersus quattuor* Callide mage sub hec celi est iniuria secli, *qui in codicibus post* XIII. 16 *leguntur*

XII

Superbe Noctuine, putidum caput,
datur tibi puella, quam petis, datur;
datur, superbe Noctuine, quam petis.
sed, o superbe Noctuine, non uides
duas habere filias Atilium,
duas, et hanc et alteram, tibi dari.
adeste nunc, adeste: ducit, ut decet,
superbus ecce Noctuinus hirneam.
Talasio, Talasio, Talasio!

XIII

Iacere me, quod alta non possim, putas,
  ut ante, uectari freta,
nec ferre durum frigus aut aestum pati
  neque arma uictoris sequi?
ualent, ualent mihi ira et antiquus furor
  et lingua, qua mas sim tibi,
et prostitutae turpe contubernium

XII. 1 Noctuine puditum *B*: noctu repudicum (-tum *Ar Med.*) *M Ar Med.*: recutitum *Neapolitanus et sic Is. Voss ad Catull. p.* 71 capud *B* 2 *hic desinunt u et Rehd.* 60 3 noctui nam *M Ar Med.* 4 o *om. M Ar. Med.* noctui ne non *BM*: noctui nonne *Ar Med.* 6 duas *Ald.* 1517: *om. codd.* 7 dicit *supra lineam B*: ducit *cett.* 8 nocturnus *M Ar Med.* hirneam *B*: hiernam *M*: ymeam *Ar*: herniam *Scaliger* 9 talasio (thalassio *B*) *bis codd.* *Ter scribendum fuisse docet Marius Victorinus p.* 137. 24K. Repetitum ter haud aliter quam ut aiunt fecisse Vergilium nostrum iambico epigrammate: thalassio thalassio thalassio.

XIII. 1 me *B*: *om. M Ar Med.* alta *B*: alto *M Ar Med.* 4 nec quod *pro* neque *M* 5 ira et *Ald.* 1517: irate *B*: re et *M Ar Med.*: irae et *Burmannus fortasse uerius* 6 qua adsim (assim *B*) *BM Ar*: qua adsiem *Ph. Wagner*: qua sat sim *Scaliger*: qua haud desim *Salmasius*: qua iam adsim *Oudendorp*: quis adsim *Iahn*: qua adsignem *Buecheler*: qua adsultem *Ribbeck*: quam adsim *ed.* 1482: *scripsi* qua mas sim 7 et] ei *Scriuerius*: en *Heinsius*: per *Ribbeck*: ad *Sabbadini* prostitute *B*: prestite *M Ar Med.*

sororis. o quid me incitas?
quid, impudice et improbande Caesari,
si furta dicantur tua,
et helluato sera patrimonio
in fratre parsimonia,
uel acta puero cum uiris cònuiuia,
udaeque per somnum nates,
et inscio repente clamatum insuper
Talasio, Talasio?
quid palluisti, femina? an ioci dolent?
an facta cognoscis tua?
non me uocabis pulchra per Cotyttia
ad feriatos fascinos,
nec dein mouere lumbulos in caltula
prensis uidebo altaribus,
flauumque propter Thybrim olentis nauticum

8 o *om. M Ar Med.* 9 et *om. M* Caesari *Rehd.* 125: esaris *M*: cesaris *B Med.*: cesar *Ar* 10 si *Scriuerius*: seu *B*: sed *M Ar Med.* 11 helluato *Ald.* 1517: helle uato *B*: eleuato *M*: leuato *Ar Med.* 12 infrate *B* parsimonia] *Auctor de generibus nominum p.* 93 *in Hauptii Grattio* Parsimonia generis feminini. Sed Virgilius parsimonium tempus sibi dixit, *quem locum huc rettulit P. de Winterfeld Philol.* LV. *p.* 189 13 conuiuia *B*: com(mm *Med.*)unia *Ar Med.* 14 udeque *B m. pr. corr. in* udęque (*suprascr.* a): ut deque *M* 15 super *ed.* 1482 *fortasse uere* 16 thassalio *bis B m. pr.*: talasio *bis Ar*: talesio *bis M. Post hunc u. M Ar Med. Rehd.* 125 *habent quattuor uersus quos in fine tamquam nouum epigramma apposui: in B non leguntur* 17 an *om. B* 19 non me *B*: nonne *M Ar Med.* pulchra] spurca *Haupt* cocttia *B*: cocytia *Ar Med.*: cotyttia *Ald.* 1517 21 nec (haec *Ar*, ne *M*) deinde te (deinte *M*, *om. Ar Med.*) mouere lumbos in ratulam (rotulam *M Ar Med.*) *B M Ar Med.*: lumbulos in caltula *Ribbeck quod uerum habeo. Sic* catulas *pro eo quod est* caltulas *inueni in Adami Balsamiensis opusculo 'Phale tolum'* (*Bodl. MS. Rawl. G.* 99 *p.* 153) in zonulam *ego olim* nec deinde te mouere lumbos in stola *Buecheler*: nec deinde lumbos te mouere in caculam *Sabbadini* 22 uidebo *Ar*: uide[b]o *B*: uideo *M* alaribus *Scaliger* 23 flauumque propter hebrin et (tibimet *M*, tibi met *Ar Med.*) olentis n. *codd.* Tybrim *Ald.* 1517: *cf. Cic. de Har. Resp.* 59 quae nauis umquam in flumine publico tam uulgata omnibus quam

uocare, ubi adpulsae rates
stant in uadis caeno retentae sordido,
macraque luctantes aqua;
neque in culinam et uncta compitalia
dapesque duces sordidas,
quibus repletus ut saliuosis †aquis
obesam ad uxorem redis,
exaestuantes dote soluis pantices,
os crusque lambis sauiis.
nunc laede, nunc lacesse, si quicquam uales!
et nomen ascribo tuum.
cinaede Luci, iamne te liquere opes,
fameque genuini crepant?
uidebo habentem praeter ignauos nihil
fratres et iratum Iouem,
scissumque uentrem et hirneosi patrui
pedes inedia turgidos.

istius aetas fuit? *An scribendum* flauaque opertum nebride (*Stat. S.* I. 2. 226), *quamquam apud plerosque* e *longa inuenitur* 24 ubi] tibi *B* 25 caeno r. s. stant in u. *L. Mueller* 26 luctantis *M* 27 cuncta *B* 28 dulcis *M Ar Med.* : dulcis *B* : duces *Scriuerius* 29 ut] ac *Sabbadini* saliuosis *B* : salmosis *M* : salinosis *Ar Med.* aquis *codd.* : sacris *Ph. Wagner* : labris *Haupt* : aquis *poterit ex eis defendi quae P. Petitus disseruit Misc. Obs.* II. 2 : sapis *Sabbadini* (*abl. plur.*) : *num* cauis (*sc. dentium*)? 30 obessam *M* ad *om. M* 31 exaest. *scripsi* : et est *codd.* dote *M Ar Med.* : docte *B* : nocte *Scaliger* : cole *Hertzberg* soluis] saluis *M* : soluens *Hertzberg* pantices *suprascriptum in B, eraso quod prius in textu fuerat* 32 osiculisque blandis (*et super deletum hoc* lābis) suauis *B* : osusque libissa iuis *M* : hossusque labissavs *Ar, sed super* v, *quae prius* a *uidetur fuisse, altera* v *scripta est* : ossusque labissanus *Med. et Rehd.* 125 : os usque *Scaliger* : olusque *Coluius ad Apuleium p.* 29 : quos usque *Sabbadini* : os crusque *scripsi* 33 hunc *Ar* 34 ascribo *M Ar* : adscr. *B* 35 cine delucci iam te liquerunt o. *B* : cinae dulcissimā et liquere o. *M* : cune dulcissima *ceteris omissis Ar* : cinaede Luci an (en *Scriuerius*) te reliquerunt opes? *Ald.* 1517, *uulgo* : c. Lucei, iamne licuerunt o. *Baehrens* : iamne te liquere o.? *ego* : c. Luciene liquerunt o.? *Buecheler, Ribb.*[2] : c. Luccei, iamne liquerunt o.? *Sabbadini* 36 fame *om. Ar in quo* que genium crepant *post* cune dulcissima *in eodem uersu scriptum est, addito in marg.* deficit unus genium *M Ar Med.* 37 propter *Ar Med* 39 hirneosi *B* : hirrcosi (? hirreosi) *M* : hircosi *Ar Med.*

XIII *a*

Palladis arce sub hac Itali est iniuria saecli,
antiquis hospes non minor ingeniis,
et quo Roma uiro doctis certaret Athenis;
ferrea sed nulli uincere fata datur.

XIV

Si mihi susceptum fuerit decurrere munus,
o Paphon, o sedes quae colis Idalias,
Troius Aeneas Romana per oppida digno
iam tandem ut tecum carmine uectus eat:
non ego ture modo aut picta tua templa tabella
ornabo et puris serta feram manibus;
corniger hos aries humilis, sed maxima, taurus,
uictima sacratos sparget honore focos,
marmoreusque tibi caput, ignicolorius alas,
in morem picta stabit Amor pharetra.
adsis, o Cytherea: tuus te Caesar Olympo
et Surrentini litoris ara uocat.

XIII*a*. *Hoc epigramma in M Ar Med. Rehd.* 125 *post* XIII. 16 *legitur, abest a B. Baehrens id Catalept.* XI *subnexuit, u.* 1 *sic scripsit* Palladi magna suae uisa est i. sedis.

1 Callide (Allide *Rehd.*) mage sub hec c(a)eli (teli *Ar*) est iniuria s(a)ecli *M Ar Med. Rehd.*: Crudelis magis hac quaenam est iniuria saecli *Ribbeck ed.* 1, *p.* 49. Pallida mole sub hac celauit membra Secundus *Riese A. L.*[2] 776: incuria *Ziehen. Quod edidi a me est: pro* caeli est *etiam* celare *reponi poterat et* cubans *pro* sub hac. 4 terrea *M*

XIV. 1 susceptum *Ald.* 1517 *et margo Med.*: suspectum *B Ar Med.*: suspectam *M* 2 que *B*: qui *M Ar Med.* 4 eat *B*: erat *M Ar Med.* 5 pacta *Dan. Heinsius in ed. Elzeuir.* 1636 7 hos aries humil(d *Ar*)is et *BM Ar Med.* maxima *B*: maxime *Ar Med.*: maximus *M*: corn. haut a. humilis. set maxima t. *Burmannus*: humilis *Buecheler pro accusatiuo habuit. Mihi opponi uidentur humilis uictima aries, taurus maxima: ambos tamen se uouet sacrificaturum* 8 sacrato *Heinsius* sparget *Ar Med.*: spargit *BM* 9 marmoreos(-as *Ar*)que tibi aut mille (nulle *M*, digne *Ar et Rehd.* 125) coloribus ales *BM Ar Med. Rehd.* 125: m. tibi, dea, uersicoloribus alis *Heinsius*: marmoreisque tibi siue ignicoloribus *Scriuerius Anecd. p.* 32: caput ignicoloribus alis *uel* ignicolorius alas *ego*: ceu mille c. ales *Sabbadini* 11 assis *B* 12 ara *BM Buecheler, Sonntag*: ora *Ar Med.*

XIV *a*

Vate Syracosio qui dulcior, Hesiodoque
  maior, Homereo non minor ore fuit,
illius haec quoque sunt diuini elementa poetae
  et rudis in uario carmine Calliope.

XIV *a*. *Cohaeret cum* XIV. 12 *in B Ar M Med.*
1 uates sira scosio *B* : sir(yr *M*)acusio *Ar M Med.* 2 minore *B* 3 sint *M* po^eta *B* 4 Nec rudis *Birt* caliope *M*

SIGLA CODICVM

{ *B* = Bembinus, Vat. 3252		saec. ix }
{ *F* = Bodl. Auct. F. 1. 17		xiv }
Bas. = Basilicanus, H. 36 Archiui S. Petri in urbe Roma. Huius collationem a se factam misit ad me Fr. Ehrle, Soc. Ies.		x
M = Montepessulanus 212 (École de Médecine) qui post Persii Satiras habet carmen de Est et Non. Huius uu. 1–16 Chatelainius arte heliotypica expressos edidit in Palaeographiae Scriptorum Latinorum fasciculo xii, n. 122. Reliquos 17–25 exscripsit ex codice misitque ad me Bonnetus, uir clarissimus		ix–x
S = Stabulense fragmentum, Paris 17,177		xi
Σ = Paris. 13026 (fol. 84^{v})		ix–x
Γ = Harl. 2534		xiii
d = Digbianus 100		xiv

Est et Non cuncti monosyllaba nota frequentant.
his demptis nihil est hominum quod sermo uolutet.
omnia in his et ab his sunt omnia, siue negoti
siue oti quicquam est, seu turbida siue quieta.
alterutro pariter nonnumquam, saepe seorsis
obsistunt studiis, ut mores ingeniumque
et facilis uel difficilis contentio nata est.
si consentitur, mora nulla, interuenit 'Est, est'.
sin controuersum, dissensio subiciet 'Non'.
hinc fora dissultant clamoribus, hinc furiosi
iurgia sunt circi, cuneati hinc tanta theatri
seditio et talis agitat quoque curia lites.
coniugia et nati cum patribus ista quietis
uerba serunt studiis, salua pietate loquentes.

PVBLII VIRGILII MARONIS COPA FINIT' VERSICVLI EIVSDĒ MARONIS DE EST · ET · NON INC. ĪP̄ *B* Publii Virgilii Maronis de est et non incipiunt *F* FINIT MORETVM VIRḠ MARŌN INCIPIVNT VERS̄ EIVSDĒ VIRG DE EST ET NON *S* VERSVS PRISCIANI ELOQVENTISSIMI DE EST ET NON *Bas.* VERSVS PRISCIANI ELOQVENTISSIMI. DE EST. ET. NON. INCP̄ *M* NAY KAY OY PITAGORICON *Vossianus* III Incipit de pythagoricis diffinitionibus NAIKEOY *Sangallensis* 899. *Nullus titulus in* Σ (*Paris.* 13026)

2 nihil *BS*Σ *Bas.* : nichil *M* quod *SM Bas.* : quo *B*Σ 3 et *deletum in Bas.* omnia *post* sunt *om. B*Γ negotii *MS*Σ 4 oti *B Bas.* : otii *M* : ocii *S*Γ : totii Σ quieta *B et Bas. m. pr.* : quietis *Bas. m. sec. MS*Σ*F*Γ *uu.* 1-4 *sic ordinati sunt in Bas.* 1, 3, 4, 2, *eundem ordinem secutus est Ribbeck* 5 alter utro *B* non umquam *B*Σ : nonnumquam *Bas. M* seorsis *BFS*Σ *Bas. m. pr.* : seorsum *M*, *Bas. corr.* 6 ut mores i. *BF Bas.*[1] *S* : studiores i. *M* : *in Bas.* ut mores *inducto suprascriptum est* studiores 7 et *BMS*ΣΓ *Bas.* : ut *nondum correctus Bas.*, *Bondam* faciles uel difficiles *S*Γ*d B m. pr. sed serius* i i *suprascriptis* dificilis Σ nata est *M*ΣΓ, *hic quidem add.* uel nacta est : nacta (nancta (*FSd*) est *BFSd* : naçta est *Bas.* 8 interuenit est est *BS*, *et nondum correctus Bas.* : interuenit est Σ : interueniens est *M et correctus Bas.* 9 sin *BS Bas. m. pr.* : in *M*Σ *et correctus Bas.* contro uersum *B* subiciet *M Bas.* : subiiciet *B* 10 foras *M Bas.* 11 tanta *Bas.*[1] : l(a)eta *cett. et corr. Bas.* : lata *Sedlmayer* 12 tales *codd.* /letes *S m. pr.*, *dein* /lites : lites *cett.* 14 loquentes *Bas.*[1]*d* : loquentis *cett. et corr. Bas.*

hinc etiam placidis schola consona disciplinis
dogmaticas agitat lento certamine lites.
hinc omnis certat dialectica turba sophorum.
lux est. estne dies ergo? non conuenit istuc.
nam facibus multis aut fulguribus quotiens lux
est nocturna homini, non est lux ista diei.
'Est' et 'Non' igitur quotiens lucem esse fatendum est,
sed non esse diem. mille hinc certamina surgunt.
hinc rauci multi, qui talia commeditantes
murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
qualis uita hominum, duo quam monosyllaba uersant!

15 placitis *Vossianus* 96 *saec.* xv, *Riese* schola *Bas.*[1] : scola *corr. Bas. MΓd* : cola Σ 16 docm. *M et corr. Bas.* : dagm. Σ lento *Bas.*[1] : placido *corr. Bas. MΣdΓ* : placito *S* : multo *Riese* 18 lux est. estne dies ergo? *Bas.*[1] : Estne dies? est ergo dies *BMS et corr. Bas.* : estne dies est. ergo dies *Σd* istuc *Bas.* : istic *BMΣΓ* : ista *S* 19 fulguribus *Bas.*[1] : fulgoribus *BMSΣd et corr. Bas.* : fulgoribus aut *Paris.* 7936 *saec.* xiii–xiv 21 est *post* fatendum *om. BSΓd* 23 rauci *Bas.*[1] : pauci *corr. Bas. BMSΓd* Hinc multi multi Σ 'Pauci *sunt homines docti*, multi *plebs indocta*' *Riese* *Ribbeckium sequor* qui *Bas.*[1] *suprascr.* quoque : quoque *BMSΓd* : quoqu$\overset{\text{i}}{\text{ẹ}}$ Σ commeditantes *B Bas.*[1] : commemorentur *dein* commemerantur *corr. Bas.* 24 m/urmure *B* concluse *BS*

PVBLII VIRGILII MARONIS VERSICVLI DE EST ET NON FINIVNT VERSICVLI EIVSDEM PVBLII DE INSTITVTIONE VIRI BONI *B* Explicit egloga scrip *Sangallensis* 899 *Nulla subscriptio in MSΣ Bas.*

VIR BONVS

SIGLA CODICVM

{	*B* = Bembinus, Vat. 3252	saec. ix }
{	*F* = Bodl. Auct. F. 1. 17	xiv }
	S = Stabulense fragmentum, Paris. 17,177	xi
	Γ = Harl. 2534	xiii
	d = Bodl. Digb. 100	xiv

VIR bonus et sapiens, qualem uix repperit unum
milibus e cunctis hominum consultus Apollo,
iudex ipse sui totum se explorat ad unguem,
quid proceres, uanique leuis quid opinio uulgi,
securus, mundi instar habens, teres atque rotundus,
externae ne quid labis per leuia sidat.
ille diem quam longus erit sub sidere Cancri,
quantaque nox tropico se porrigit in Capricorno,
cogitat et iusto trutinae se examine pendit,
ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus aequis
partibus ut coeat, nil ut deliret amussis,
sit solidum quodcumque subest nec inania subtus
[indicet admotus digitis pellentibus ictus],
non prius in dulcem declinans lumina somnum
omnia quam longi reputauerit acta diei.
quo praetergressus, quid gestum in tempore, quid non.
cur isti facto decus afuit aut ratio illi?
quid mihi praeteritum, cur haec sententia sedit

Publii Virgilii Maronis uersiculi de institutione uiri boni incipiunt *F* INCIPIVNT VERS VIRGILII DE INSTITVTIONE VIRI BONI *S* DE VIRO BONO. PYTAGORICE ATIOACIC (ΑΚΡΟΑΣΙΣ *Scaliger*) *Vossianus* III *saec.* ix

4 leuis] ferat *Bembus* *Post* 4 *lacunam statuunt Ribbeck Riese Schenkl* 5 serus *S* 7 quam *FΓd*: quem *BS* erat *S* 9 pendet *S*: pendit (e *suprascr.*) Γ 10 hi/et *B*: hi et *F* proturberet *B*: proturbet et Γ 11 deleret *BF* amus sis *S*: amusis Γ *m. pr.* 12 subtus *BFSΓd*: subter *Vossianus* III *et Sangallensis* 899 13 *abest a meis codicibus omnibus, sed praestatur a Vossiano* III *et marg. B, in quo sic legitur scriptus multo recentiore manu* Indicet admet̄ digitis pollentibus ictus hictus *Vossianus* III 14 declinans *F*: declinatus *B m. pr.*: declinatis *S et corr. B*: declinat Γ: declinet *d* 15 longe *F* 16 quo *BFSΓd*: qua *Vinetus et sic Schier* (1750) *ad* ἔπη χρυσᾶ 42 (p. 142 *ed. Boissonadianae*, 1823) πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; *At* ποῖ παρέβην *traditum esse apud Suidam testis est idem Schier, p.* 9 17 decusa sit *BF*: decus afuit *S*: d. affuit uel abfuit Γ

quam melius mutare fuit? miseratus egentem
cur aliquem fracta persensi mente dolorem?
quid uolui quod nolle bonum foret? utile honesto
cur malus anteтuli? num dicto aut denique uultu
perstrictus quisquam? cur me natura magis quam
disciplina trahit? sic dicta et facta per omnia
ingrediensque ortoque a uespere cuncta reuoluens
offensus prauis dat palmam et praemia rectis.

19 egenum *Vossianus* 20 Qur *S* 21 quid nolle *S* furet *B*: foret Γ*d sed praecedente* et 23 perstrictus Γ*S*: perstrictis *B* quisquam est? *Riese* 24 sic dicta per omnia factaque Γ 25 ingrediensque (*sic*) *B*: ingrediens *reliqui mei codices* hortoque *B* 26 det *B Vossianus*: dat *F*Γ *d Sangallensis* 899

PVBLII VIRGILII. EGLOGA. FIN. *B*

MAECENAS

SIGLA CODICVM

B =	Bruxellensis 10675, collatus ab Aem. Grosse in Fleckeiseni Annal. Philol. 1869, p. 278	saec. xii
P =	Paris. 16236 uu. 1–43 continens. Collatus est a Chatelainio *Revue de Philologie*, 1880, p. 80	xi
M =	Mellicensis uu. 1–25 continens, collatus a Carolo Schenkl	xi
Ar =	Arundelianus 133 Musei Britannici	xv
v =	Vat. 3269	xv
ϕ =	Phillippicus 7283	xv
χ =	Bodl. Auct. F. 4. 28 (Madan 8863). Fuerat 'Petri Seruii medici'	xv

Hos omnes, praeter Mellicensem, ipse denuo excussi. Est ubi lectiones citaui aliorum codicum, uelut Rehdigerani S. 1. 6. 17. Mellicensis collationem, a patre suo factam, misit ad me filius H. Schenkl.

DEFLERAM iuuenis tristi modo carmine fata,
  sunt etiam merito carmina danda seni:
ut iuuenis deflendus enim tam candidus, et tam
  longius annoso uiuere dignus auo.
inreligata ratis, numquam defessa carina,
  it, redit in uastos semper onusta lacus.
illa rapit iuuenes prima florente iuuenta,
  non oblita tamen sed †repetitque senes.
nec mihi, Maecenas, tecum fuit usus amici.
  Lollius hoc ergo conciliauit opus.
fidus erat uobis nam propter Caesaris arma
  Caesaris et similem propter in arma fidem.
regis eras, Etrusce, genus: tu Caesaris alti
  dextera, Romanae tu uigil urbis eras.
omnia cum posses tanto tam carus amico,

Titulo carent BM P. VIRGILI MARON MORETVM FINIT ITEM MAECENAS EIVSDEM INCIPIT *P* MECENAS: MARONIS *miniatis litteris* φ, *dein* Scripsit carmen de morte Mecenatis nepotis *uiridantibus*; MECENAS MARONIS χ; Elegia MAECENATIS *Ar*. *In has elegias utilem dissertationem scripsit Fridericus Lillge Vratislauiensis: disputauit de quibusdam uersibus Iulius Ziehen Mus. Rhen.* LII. 452

3 enim *BP*: erat *Rehdigeranus* χ tam] iam *M* et tam] eciam *BP* 4 auo] erat φ 5 inreligata ratis *codd.* uadis *Pierson* carina *codd.*: Charontis *Cannegieter*: Charonis *Ribbeck post* ratis *distinguebat H. Meyer* 6 it *ed. Ascens.* 1507: et *codd.* honusta φχ 8 oblita] oppleta *Cannegieter* sed repetitque *codd.*: *fort.* cit repetitque, *cf. Neue-Wagener Formenlehre* III. 287: subripit usque *Scriuerius*: sed rapit usque *uel* sera petitque *Burmannus*: *uerum uidetur* repetit *sicut apud Liuium* XXI. 28 'primis (elephantis) expositis alii deinde repetiti ac traiecti sunt' 9 macha^{e}nas *ex* machaneas *B*: mecęnas *M* tecum] tucum *v* 10 lollius *BP Ar*: illius *v*φ: al. allius *marg.* χ: Iccius *Baehrens* ergo] aegro *Heinsius* 11 fidus *codd.*: foedus *Heinsius* erat *BPM*: eras *v*χ uobis *BMPv*: nobilis χ: nobis *Rehdigeranus* 12 et *om. PM*: it *B* 13 et(th *Ar*)rusce genus *BPM Ar*: genus etrusce (hętruscę *v*) *v*φ: etrusci χ almi *codd.*: alti *Heinsius* 14 romane tu uigil χ: romana uuiigil *B*: romana ettu uigil *P*, *et sic M sed erasa ultima hasta litterae* u (*H. Schenkl*) 15 carus χ: clarus *BPM*

te sensit nemo posse nocere tamen.
Pallade cum docta Phoebus donauerat artis,
tu decus et laudes huius et huius eras.
uincit uulgaris, uincit Berytus harenas,
litore in extremo quas simul unda mouet.
quod discinctus eras, animo quoque, carpitur unum:
diluis hoc nimia simplicitate tua.
sic illi uixere, quibus fuit aurea Virgo,
quae bene praecinctos postmodo pulsa fugit.
liuide, quid tandem tunicae nocuere solutae?
aut tibi uentosi quid nocuere sinus?
num minus Vrbis erat custos et Caesaris obses?
num tibi non tutas fecit in Vrbe uias?
nocte sub obscura quis te spoliauit amantem?
quis tetigit ferro durior ipse latus?
maius erat potuisse tamen nec uelle triumphos,
maior res magnis abstinuisse fuit.
maluit umbrosam quercum nymphasque cadentis

17 doctas *φχ* artes *codd. plerique*: artis *corr. φ* 19 Berytus *scripsi*: beritus *BPM*: berithus *Ar*: peritus *vφχ*: berillus *Ald.* 1517 harenas *M*: aranas (h *suprascr.*) *B* 20 quas *φχ*: quam *BP Arv* mouet] uomit *Barthius* 21 distinctus *B*: disiunctus *Ar*: cinctus *v*: dis cunctus *P* animo quoque *codd.*: nimium, quod *Ruhnken* unum *BP Ar*: una *vφ et χ m. pr.*: uno *corr. χ* namque id prope carpitur unum *Heinsius* num animo, quod c. unum? 22 diluis] diluui *M*: diluuii *BP* hoc] ac *vφχ* diluitur *Ald.* 1517, *Riese* nimia simplicitate tua *codd.*: animi simplicitate tui *Chatelain* 24 pustmodo M^1 25 liuide *uetus membrana Scaligeri*: liuida *BMPv*: inuide *χ*, *Ascens.* 1507. *Hic uersus ultimus est fol.* 214^{b} *in M, fol.* 215^{a} *uacuum est* (*H. Schenkl*) 26 quid uentosi quid *B* 27 nun *v* caesaris] careris *B*: carceris *Ribbeck* opses *B*: obses *Pvφ*: hospes *suprascr.* obses *Ar* 28 num tibi *φ Ar*: nunc tibi *BP*: non tibi *χ*: nun tibi *v*: nuncubi *Scaliger* orbe (u *suprascr.*) *B* 29 oscura *Bvχ* uiolauit *Ar* euntem *χ et sic Heinsius* 31 malus erat *BP*: maluerat *A. Palmer* potuisset *P* nec *bis B* 32 maior res *Ar et Rehdigeranus*: maiores *BPvφχ* magnis *BP Ar*: maius *vφχ* 33 quercum *vφχ*: que *BP* lymphas *Wernsdorf* cadentes *BP*: canentes *vφχ Ar*

paucaque pomosi iugera certa soli.
Pieridas Phoebumque colens in mollibus hortis
sederat argutas garrulus inter auis.
marmora Maeonii uincent monumenta libelli,
uiuitur ingenio, cetera mortis erunt.
quid faceret? defunctus erat comes impiger idem
miles et Augusti fortiter usque pius.
illum piscosi uiderunt saxa Pelori
ignibus hostilis reddere ligna ratis.
puluere in Emathio fortem uidere Philippi.
tam non ille tener, tam grauis hostis erat!
cum freta Niliacae texerunt lata carinae,
fortis erat circa, fortis et ante ducem;
militis Eoi fugientia terga secutus,
territus ad Nili dum fugit ille caput.
pax erat: haec illos laxarant otia cultus.
omnia uictores Marte sedente decent.
Actius ipse lyram plectro percussit eburno,
postquam uictrices conticuere tubae.

34 certa] culta *Ald.* 1517 : *num* terta? 35 pierides χ 36 sederat *v*φχ : se super *BP* : saepe erat *Riese* grallulus φ 37 marmora tminei *B* : marmora minaei *P* : m. meonii *Arv* : m. meonis φ : menonii χ : barbara Maeonii *Eldik* : marmorea Aonii, *dein* marmora Smyrnaei *Scaliger* : cygnei *Buecheler* : m. temnentur *Riese* : *fort.* marmorea Ionii uincent *BP* : uincunt *v*φχ monimenta *P*χ 39 facere *BP* defunctus] discinctus *A. Palmer, Birt* im(n φ)piger φχ : integer *BP Ar* : ingẽt *v* '*Structura haec*: fortiter defunctus erat idem comes inpiger et miles Augusti usque pius.' *Ribbeck* : *uide tamen quae scripsi in Amer. J. Philol.* IX. p. 269 41 uiderunt] uoluerunt *v*φ 42 hostilis *Ar* : hostiles *BPv*φχ iacere φ ; *num* tradere *sicut coni. Scaliger*? ratis *BP Ar* : rates *v*φχ 44 *sic scripsi* : tam nunc *B* : quam tunc *v*φχ *Ar* quam . . . tam *Ascens.* 1507, *Meibomius* : tam . . . quam *Riese* : quam . . . quam *Ribbeck* 45 l(a)eta *BP Ar* : lata *v*φχ *recte fortasse, ut Riesio uisum est, cf. Lillge ad hunc uersum* 46 eras φ circum *v*φχ : circa *B Ar* duces χ 47 fugientis *codd.* : fugientia *Heinsius plusquam probabiliter* 48 nilii χ capud *B* 49 haec *ex* ac *B* illo *Bv*φ : illos χ laxarunt *v*χ : laxarant *B et Rehdigeranus* 50 omnia] otia *Meineke* : somnia *Birt* : mollia *Buecheler* uictoris *B* ducem χ 52 turbe *B*

hic modo miles erat, ne posset femina Romam
  dotalem stupri turpis habere sui.
hic tela in profugos (tantum curuauerat arcum)
  misit ad extremos †exorientis† equos.
Bacche, coloratos postquam deuicimus Indos,
  potasti galea dulce iuuante merum,
et tibi securo tunicae fluxere solutae;
  te puto purpureas tunc habuisse duas.
sum memor, et certe memini, sic ducere thyrsos
  †bache purpurea† candidiora niue.
et tibi thyrsus erat gemmis ornatus et auro,
  serpentes hederae uix habuere locum.
argentata tuos etiam talaria talos
  uinxerunt certe, nec puto, Bacche, negas.
mollius es solito mecum tum multa locutus,
  et tibi consulto uerba fuere noua.
impiger Alcide, multo defuncte labore,
  sic memorant curas te posuisse tuas,
sic te cum tenera †multum† lusisse puella,
  oblitum Nemeae iamque, Erymanthe, tui.
ultra numquid erat? torsisti pollice fusos.

53 ne] nec *B*: n̄ χ 54 strupri *B* herere *υ*: *fort.* stupris subdere turpis herae 56 ex orientis *B*: mox o. *Heinsius*: *num* acta? *an* uix? 57 *num* caloratos? Indos] innos χ 58 galeam χ 60 nunc χ 61 sum memor et certe ////// sic ducere tirsos *B sed ita ut* sic ducere tirsos *alia manu et serius adiecta uideantur*: sum memor et certe memini sic dicere tyrso χ: sic ducere tyrsos *υ*: meministi ducere *Buecheler*: *fort.* num memor es? certe memini sic dicere thyrso 62 baccha purpuera χ: bache purpurea *B*: bachea purpurea *υφ Ar*: prae pura *Oudendorp*: praepura *Riese*. *Ego ex* purpuera *quod habet* χ *ratus sum eliciendum esse* Bacche puer pura (*Amer. J. Philol.* IX. *p.* 270): bracchia purpurea *Ald.* 1517 63 geminis *B* 64 edere χ 65 talaria *B*: scandalia χ: sandalia *υφ*: plantaria *Burmannus*: *an* spatalaria? 67 tecum tu *φ* 69 inpiger *Bυφχ* defuncto χ: defunct//(e) *B* 70 curas] turas χ potuisse *B* 71 tecum t. multum *B*: tecum t. tecum lus(luss χ)isse *υφχ*: laetum lus. *Ascens.* 1507: *fort.* sic te cum tenera, te conlusisse p. 72 ne mea *B*: nęmee *φ*: nemees χ 73 ultra *Ascens.* 1507: ultro *Bυφχ* numquid erat *B*: numquierat χ: nunqui erat *φ* fusos] fosu χ

lenisti morsu leuia fila parum :
percussit crebros te propter Lydia nodos,
te propter dura stamina rupta manu ;
Lydia te tunicas iussit lasciua fluentis
inter lanificas ducere saepe suas.
claua torosa tua pariter cum pelle iacebat,
quam pede suspenso percutiebat Amor.
quis fore credebat, premeret cum iam impiger infans
hydros ingentis uix capiente manu,
cumue renascentem meteret uelociter hydram,
frangeret immanis uel Diomedis equos,
uel tribus aduersis communem fratribus aluum
et sex aduersas solus in arma manus ?
fudit Aloidas postquam dominator Olympi,
dicitur in nitidum procubuisse diem,
atque aquilam misisse suam, quae quaereret, ecqui
posset amaturo †signa referret† Ioui.

74 lenisti *Ar* : leuisti *Bυφχ* morso *χ* lenia *φχ Ar* fil/ia *B* 77 te tunicas] theutonicas *Ar* fluentes *χ* : fouentes *B Ar* : fauentes *υ* 78 ducere] sumere *Wakker* saepe] saeue *Birt* 79 torose *Heinsius* tua *B* : tibi *χ nisi me fallit compendium scripturae, Rehdigeranus* iacebant *χ* 80 qua *χ* suspensam *Ruhnken* 81 cum iam premet *B Ar* : cum iam premit *υφχ* : premeret cum iam *Ald.* 1517 rumperet *Scaliger* inpiger *Bφ* 82 ḥidros *B* : hidros *υφχ* 83 cum uere nascentem *B* : cum uerenascentem *φ* : cum uero n. *χ* terret *Bφχ* : tenet *υ* : tereret *Ald.* 1517 : meteret *Struchtmeyer* uelociter *Bχ* : uelotie *φ* : torreret letifer *Maehly* : uelociter ureret *Riese* *num* uitaliter ? *h. e. ut ad uitam et uitalia perueniretur* 84 in manes *B* 86 in arma *suspectum* 87 Aloidas *Ald.* 1517 : f. et aloidas *Ar et Rehdigeranus* : fudit & enidas *χ sed* & e *alia manus pallidiore atramento addidit* : f. et oe(e *υ*)nidas *Bυ* 88 in] et *φ* procub. *φχ Ar* : percub. *Bυ* diem *Bυφχ Ar* : bouem *traditur habuisse codex Salmasii* 89 misse *B* et quid *Bυ* : et qui *χ et φ m. pr., mox uiridi atramento* que *correctum* 90 maturo *codd.* : amaturo *Ascens.* 1507 signa referre *codd.* : signifer esse *Scaliger* : digna referre *Heinsius* : *fort.* sicera ferre. *Goetz, Thes. Glossar. Emendatarum* sicera omnis confectio liquoris qui uinum imitatur et inebriat. *Et rursus* : est omnis potio quae extra uinum inebriare potest, cuius licet nomen hebraeum sit tamen latinum sonat

ualle sub Idaea tum te, formose sacerdos,
  inuenit et presso molliter ungue rapit.
sic est. uictor amet, uictor potiatur in umbra,
  uictor odorata dormiat inque rosa.
uictus aret uictusque metat, metus imperet illi,
  membra nec in strata sternere discat humo.
tempora dispensant usus et tempora cultus;
  haec homines, pecudes, haec moderantur auis.
lux est, taurus arat; nox est, requiescit; arator
  liberat emerito feruida colla boui.
conglaciantur aquae, scopulis se condit hirundo;
  uerberat egelidos garrula uere lacus.
Caesar amicus erat; poterat uixisse solute,
  cum iam Caesar idem, quod cupiebat, erat.
indulsit merito. non est temerarius ille.
  uicimus. Augusto iudice dignus erat.
Argo saxa pauens postquam Scylleia legit
  Cyaneosque metus, iam religanda ratis,
uiscera dissecti mutauerat arietis agno
  Aeetis, sucis omniperita suis.

91 dum *Bυφχ*: tum *uel* cum *Heinsius* sacerdos] *fort.* satelles 93 uictor *alterum om. υ* pociatur *B*: poteatur *χ*: spatietur *Scaliger* 94 adorata *χ* dormiet *χ* 95 uictus aret uictusque //// metat *B*: uictorem uictusque metat (mentat *χ*) *φχ*: uictorem uictus metuat *υ* metus] mentus *χ* 96 instratam *χ*: instata *υ* cernere *υφ* ternere *dein* cernere *χ* 97 dispensat *χ*: dispenset *φ* 98 nec . . . nec *χ* 99 nox *υχ*: non *B* requiescit: arator *Meibomius*: requiescit arator *uulg.* 100 liberat et merito *Bφ*: libera et emerito *χ*: liberat emerito *Ascens.* 1507: *fort.* liberet 101 conglac(t *Ar*)iantur *B Ar*: conglutinantur *υφχ* se condit *codd. praeter B*: sedit *B* 102 egelidos *Scaliger*: et gelidos *codd.* ga//rrula *B*. *Post hunc uersum lacunam statuit Ribbeck* 104 cesarides *φ et ed. Ascens.* 1507 105 induxit *χ* indulsit: merito *Meibomius* 107 argo *B Ar*: ergo *υφχ* pauens *B Ar*: parens *υφχ* sc(t *φ*)illeia *Bφ*: silleia *χ*: Scylaceia legit *Heinsius*: Scyllaea relegit *Salmasius* 108 metus] fretus *Maehly* rates *B* 109 dissecti *υ*: disiecti *B Ar φ*: dasiecti *χ* mutauerit *B*, -uerat *υ Ar*: -uit *φχ* arietis agni *codd.*: agno *Ald.* 1517: *fort.* dissecto mutauerat ariete in agni (uiscera). *Apollod.* i. 9 *fin.* *κριὸν μελίσασα καὶ καθεψήσασα ἐποίησεν ἄρνα.* 110 A œ/es *B*:

his te, Maecenas, iuuenescere posse decebat;
  haec utinam nobis Colchidos herba foret!
redditur arboribus florens reuirentibus aetas:
  ergo non homini, quod fuit ante, redit?
uiuacisque magis ceruos decet esse pauentis,
  si quorum in torua cornua fronte rigent?
uiuere cornices multos dicuntur in annos:
  cur nos angusta condicione sumus?
pascitur Aurorae Tithonus nectare coniunx,
  atque ita iam tremulo nulla senecta nocet.
ut tibi uita foret semper medicamine sacro,
  te uellem Aurorae complacuisse uirum!
illius aptus eras croceo recubare cubili,
  [et, modo puniceum rore lauante torum,
illius aptus eras roseas adiungere bigas,]
  tu dare purpurea lora regenda manu,
tu mulcere iubam, cum iam torsisset habenas
  procedente die respicientis equi.
quaesiuere chori iuuenum sic Hesperon illum,

aetas et *vφχ* : Aeetis *Scaliger* omne perita *Bvφχ* : omniperita *Scaliger*, *Salmasius* *Ouid. Her.* VI. 128 Medeae faciunt ad scelus omne manus 111 iste *B* mecenas *Bχ* decebat *v* : dicebat *Bχ* : decebas *φ* : licebat *Baehrens* 112 haec] o *χ* 113 redditus (reddit') *B* flores *B Ar et eraso quod fuerat χ* reuirentibus *B* : recurrentibus *vφχ* : reuocantibus *Ar* aetas *Ald.* 1534 : (a)estas *codd.* 114 ergo *codd.*, *cf. Lachmann ad Propertium p.* 236 : aegro *Riese* : uer cur *Heinsius* : uer o *Oudendorp* : et uer *Baehrens* 115 uiuaces *om.* que *B* ceruos *Bvφ* : euos *χ* pauentis *φ* : fauentes *χ* 116 in quorum *malebat Baehrens* rigent *om. χ* 118 cornos *φ* 119 tythone *χ* 120 atque ita iam *Bvχ* : atque illi iam *Ar et Rehdigeranus* : *fort.* atque illi *om.* iam 122 uirum ϕ^1 *mox correctum in* scurum (?) *uel* sirum 123, 4 in *B loco suo omissi post additi sunt in membranula transuersa multo maioribus litteris. Interpolationis hoc signum credidi, unde* 124, 125 *uncinis inclusi* 123 aptus *B* : actus *vφχ* incubare *χ* 124, 5 *om. vχ et ed. Ascens.* 1507 124 phoeniceo *B* lauante *B* : leuante *Rehdigeranus* : leuare *Meibomius* 125 illius aptus eras *interpolata putat Riese, nisi forte duae recensiones hic inter se commisceantur* 126 tu *B Ar χ* : et *Francius* regende *φ* (? regente) 129 q. chori iuuenum sic hespero nilum *B* thori *χ* : Locri *Buecheler* iuuenem *vχ Ar* illum] olim *Scaliger*

quem nexum medio soluit in igne Venus,
quem nunc in fuscis placida sub nocte nitentem
Luciferum contra currere cernis equis.
hic tibi Corycium, casias hic donat olentis,
hic e palmiferis balsama missa iugis.
nunc pretium candoris habes, nunc redditus umbris:
te sumus obliti decubuisse senem.
ter Pylium fleuere sui, ter Nestora canum,
dicebantque tamen non satis esse senem.
Nestoris annosi uicisses saecula, si me
dispensata tibi stamina nente forent.
nunc ego quid possum? tellus leuis ossa teneto,
pendula librato pondus et ipsa tuum.
semper serta tibi dabimus, tibi semper odores,
non umquam sitiens, florida semper eris.

* * *

sic est Maecenas fato ueniente locutus,
frigidus et iamiam cum moriturus erat.
Men, inquit, iuuenis primaeui, Iuppiter, ante
angustam Drusi non cecidisse diem!

130 quem *ed. Ascens.* 1507: que *Bvφχ* nexum *codd.*: necdum *Scaliger*: uixdum *Ribbeck* uenus *B*: nemus *vφχ* 131 in fusci *B*: infusi *Ar*: infuscis *vφ*: in fuscis *χ* *Ante* 133 *nonnulla excidisse ratus est Burmannus, lacunam statuit Ribbeck* 133 coritium *vφ*: *om. χ* olentis *B*: olentes *vχ* 134 e *Ald.* 1517: et *Bvφχ*: ec *Ribbeck* 135 nunc *vχ*: hunc *Bφ*: hoc *Buecheler* habes ñ *χ* redditus *Bφχ*: redditur *v* 136 decubuise *v* 137 ter *vφχ*: te *B et Lillge p.* 64 pilium *codd.*: Phrygium *Schrader, cf. Stat. Theb.* V. 752, *S.* II. 2. 108 138 dicebantque tamen *B Rehd.*: dicebant tamen hunc *vχ* 139 annosi *ed. Ascens.* 1507: annosa *BχAr*: annosam *φ* uicisses *ed. Ascens.* 1507: uixissem *B Ar φ* 140 nente *Ald.* 1517: nempe *codd.* 141 quid] quod *B* 142 libra: (*sic*) *φ* 143 hodores *χ*: honores *B* 144 Non numquam *χ* *Versus* 145–178 *coniuncti cum* 144 *leguntur in codicibus nullo interstitio: eos alterius elegiae esse primus opinatus est Scaliger, separatim edidit Pithoeus* 145 (1) est] et *χ* 146 (2) etiam iam *B* 147 (3) men *B* inquid *B* primeuicum *B* turpiter *v* 148 (4) angustum bruti non c. fidem *B et sic vφχ Ar nisi quod* angustam *v*: augustam *χ Ar*: augusti *φ* Drusi *Francius et I. F. Gronouius* diem *Heinsius*

pectore maturo fuerat puer, integer aeuo,
  et magnum magni Caesaris illud opus.
discidio uellemque prius—non omnia dixit :
  inciditque pudor, quae prope dixit amor.
sed manifestus erat : moriens quaerebat amatae
  coniugis amplexus, oscula, uerba, manus.
si tamen hoc satis est, uixi, te, Caesar, amico,
  et morior, dixit, dum moriorque sat est !
mollibus ex oculis aliquis tibi procidet umor,
  cum dicar subita uoce fuisse tibi.
hoc mihi contingat, iaceam tellure sub aequa.
  nec tamen hoc ultra †te potuisse uelim,
sed meminisse uelim. uiuam sermonibus illic,
  semper ero, semper si meminisse uoles.
et decet et certe uiuam tibi semper amore,
  nec tibi qui moritur desinit esse tuus.
ipse ego, quidquid ero, cineres interque fauillas,
  tum quoque non potero non memor esse tui.
exemplum uixi te propter †molle beate†
  unus Maecenas teque ego propter eram.

150 (6) *Cons. ad Liuiam* 39 Caesaris illud opus (*Lillge*) 151 (7) discidio *B*$v\phi\chi$: discedo *Ald.* 1517 dicit *v* : dici $\phi\chi$ 152 (8) pudor] puer χ quae] qui *v* 153 (9) sed] se χ *post* moriens *interpunxit H. Meyer* amatae] amãte χ *m. pr. sed eraso mox* ⁀ 155 (11) si tamen $v\chi$: sed tamen *B Ar* est *om. B* cesare $v\phi\chi$ 156 (12) morior *om.* que χ *spatio tamen relicto* sat est *Pithoeus* : satis est *v* : satis *B*$\phi\chi$ *Ar* 157 (13) procidat *Riese* umor *Ribbeck* : humor *codd.* 159 (15) tibi χ 160 (16) nec tamen hoc ultra te potuisse uelim *B Ar* $v\chi$ *sed* hoc *pro* te $v\chi$: nec tamen hoc ultra me potuisse uelim *ed. Ascens.* 1507 : te doluisse *Heinsius* : nec tamen hoc ultra non (*uel* nil) potuisse uelim *ego* 163 (19) et d. *codd.* : hoc d. *Ribbeck* amore *ed. Ascens.* 1507 : amare *B*$\phi\chi$ *Ar* : amicus *Rehdigeranus* : amate (*uocat.*) *Baehrens* 164 (20) molitur χ desinet χ 165 (21) quidquid *Ribbeck* : quicquid *B*$v\chi$ 166 (22) quoque] ego $v\chi$ 167 (23) molle beate *codd.* beati *Salmasius* : *fort.* beatis exemplum uixi te propter nobile et ob te unus Maecenas teque ego propter eram *Scaliger* *fort.* mollibus aeui *uel* nolle beari 168 (24) unus *codd.* : unctus *Maehly* m$\overset{a}{\text{ę}}$cenas *B* ego *om.* χ

arbiter ipse fui: uolui quod contigit esse,
pectus eram uere pectoris ipse tui.
uiue diu, mi care senex, pete sidera sero:
est opus hoc terris, te quoque uelle decet.
et tibi succrescant iuuenes bis Caesare digni,
et tradant porro Caesaris usque genus.
sed tibi sit curae quam primum Liuia coniunx.
expleat amissi munera rupta gener.
cur deus in terris? diuis insignis auitis,
te Venus in †patrio collocet ipsa sinu.

169 (25) arbiter *Bυφχ* : arbitror *Ar* uoluit *codd.* : uolui *Ald.* 1517 quod] que *φ* : *fort.* uolui quo contigit isse 171 (27) mi care senex, *Meibomius*, *Ribbeck* : mi care, senex *Riese* : micare *B coniunctim* sero *super rasuram B* 173 (29) subcrescant *χ* bis] uis *χ* 175 (31) sed tibi sit curae *scripsi* : sit secura tibi *B Ar* : sed tibi secura *υφχ* quam *B* : cum *Ar* : quod *φ* : quo *υ* 177 (33) cur *scripsi* : cum *codd.* : tum *Wernsdorf* intersis *Ribbeck post* terris *erasae sunt duae litterae in B* auitis *codd. praeter χ* : et austis *χ*, *unde* astris *coni. Burmannus, cf. Herc. Oet.* 1575, 1952, *Friedlaender ad Mart.* IX. 101 *fin.* 178 (34) patrio *codd.* : *sic etiam Ascensius, Scaliger, Pithoeus, Meibomius* : proprio *Ribbeck, Riese, Baehrens* ipsa *Bυχ* : alma *Ar*

FINIS AMEN LAVS DEO MECENAS MARONIS EXPLICIT *praeterea φινις in sinistro margine, τελως in dextro χ* FINIS *miniatis litteris φ* Finit elegia inuenta ab henoc in dacia *υ* *nulla subscriptio in B*

ADDENDA ET CORRIGENDA

Sero ad me missa est, quod ualde doleo, dissertatio de *Ciris* locis nonnullis ab I. M. Linforth scripta et in Diario Philologico Americano anni 1906 edita pp. 438-46. Notandum tamen quod u. 361 sic corrigit

cum Ioue communes qui *debet* habere nepotes

u. 490 sic

hic uelut in niueo *tenerae* cum primitus ouo

Cul. 171 *app. crit.* caput] rapit, *non* caput rapit

Cir. 245 *app. crit.* cf., *non* cp.

Cop. 29, *app. crit.* XI. 76, *non* 76.

INDEX NOMINVM

OXONII

Excudebat Horatius Hart

Typographus academicus